

108.

DISSERTATIO ACADEMICA, TRIA MAGNA MORALIA SISTENS,

Cujus partem **PRIOREM**,
Divina adfulgente Gratia, cum consensu amplissimi SENI-
TUS PHILOSOPHICI, in inclito ABOENSI atbenaco,
PRAE S I D E ,

V. Cl.

DN. ALGOTHO A. SCARIN,

Histor. & Philosoph. Civil. **PROFESS.** Reg. & Ord.
Publico examini modeste submittit

JONAS REDDRR. Ben. Fil.
NILANDUS.

Die XXIII. Aprilis, Anni MDCCXLVIII.
loco horisqve consuetis.

ABOE, Excid. JOH. KAMPE, Reg. Ac. Typ.

S:z R:z M:zis
MAGNÆ FIDEI VIRO,
Reverendissimo Patri ac Domino,

Dn. JOHANNI
NYLANDRO,

Dioecesis Borgoënsis

EPISCOPO,

Consistorii ibidem

PRÆSIDI,

Gymnasi Scholarumqve

EPHORO

eminentissimo, gravissimo,

MÆCENATI MAGNO.

Si nil omnino sit, quod cogitationem hominis suspen-
sam magis tenere debeat, quam quod felicitatem ejus
promovet; certe res neque concipi potest, quae mortalium
affiduam meditationem magis meretur, quam virtus. Quin,
si alii neque summo inter mortales loco sint ponendi,
quam qui virtutem perenni cultu prosequuntur, quanti
humiles curas supergressa virtus TUA, Reverendiss. PRÆ-
SUL, sit aestimanda, nemo non videt.

Non

Non est quod existimes, praeconem maximarum vir-
tutum TUARUM agere, in praesentia propositum mibi esse.
Quis sim & quam in dicendo tenuis sit vena mea,
perspectum ipse habeo. Sed quae ingenii macies non prohibe-
bet tamen, quo minus ea, quae pia mente abdita latuere
breviter, in praesentia profundam. Quo enim enixa-
magis illud semper egisti, ut TUO exemplo ostenderes fu-
catum esse omne, ubi non omnia praeclara sunt virtutum
ornamenta; instabili esse, quod non injuriarum pati-
entia subtilis fulcitur atque corroboratur; omnem minus
sanctam censeri debere pietatem probitatemque, cuius non
humilitate & inimicorum amore, intermitte ex-
celsti animi decora: quis non agnoscit illud ceu peculiare
TUIUM factum esse, ut qui virtutem TUAM sectari ve-
lint, plures; qui vero sequantur, pauciores omnino in-
veniantur?

Igitur quid in genere humano virtus efficere valeat,
id in TE quoque reverendiss. PATER, ostendere voluit coeleste
NUMEN. Ista virtus sola, quae homines magnos & claros
efficit, TEMET, in fastigio collocatum illo, ubi virtutis maxima
esse solet admiratio. in sinu nobismet clientuli TUI mi-
risue gratulamur. Est virtus amoris fax, ANTISETTEM suum
Clerus Borgoenlis faustis acclimationibus vivum &
superstitem diu exoptant. Praestat virtus ut eandem castissi-
miae colant homines. TE omnes non tantum praesentes
colimus, sed a confectu nuper remotum aliquamdiu, cu-
piditate incredibili requisivimus. Facit virtus homines im-
mortales. Invictatis esset, nisi TEMET fato non amplius
superstitem, ob merita in ecclesiam maxima, qui ventu-
ri sunt nepotes etiam colant & magnificiant.

Non aegre feras, reverend. PRÆSUL, ceteris, qui ad TU-

AM

AM gratiam aditum moluntur, nomen ignobile meum
me quoque adscriptum praecoptare. TUAM ego Dignitatem,
quo convenit, cultu deveneror. Idque in me effecit non
solum meritorum magnitudo, qua arte TEMET familiaris-
terque omnes diligunt. Devinctissimum memet privatim
reddidere etiam peculiares caussae, quae in publicum pro-
dire omnino gestiunt. Tu favore & benevolentia Patrem
senem frequenter & assiduo excipis. Tu in fratres ce-
terosque propinquos paterna confers beneficia, indiesque,
supra quam dici potest, in Nosmet cumulas gratiae TUE
documenta. Tu in paria fata vocare meas spes etiam
nunquam non voluisti, eoque effecisti, ut quâ ratione non
degenerem pietatem meam TIBI vicissim probarem, non sim-
pli vice intra me ipsum volverim atque revolverim.

Non igitur longe mibi rationes sunt arcessendae, cur
qualecunque hoc specimen Academicum TUI Nominis sub
auspicio divulgate constituerim. Excipias illud in gratissimi
animi tesseram, neque auctoritatem admittendi illius de-
fugias, quamvis sit illud non re alia, quam splendore ti-
tuli solo commendabile. Animum & pietatem; non rudia
& inchoata nostra respicias, obsecro!

DEUS Te omni felicitatis genere cumulet, gloriaeque non
minorum meritorum quam beneficiorum Tuorum, quam
diutissime TEMET superstitem esse jubeat. Est haec
summa votorum,

Reverendissimi NOMINIS TUI

cultoris & clientis devotissimi
JONÆ RNDR.

VIRO maxime reverendo atque amplissimo
**DN. MAG. GABRIELI
FORTELIO,**

Diceceles Borgoënsis *ARCHI PRÆPOSITO* dignissimo,
Templi Cathedralis *ANTISTITI* laudatissimo, Consi-
stорii *ADSESSORI* primario,

PATRONO MAGNO.

Subit conspectum Tuum, VIR amplissime, custos virtu-
tum tantum non omnium: patientia. Est nativa
bujus facies præstantissima. Deficit in sculptore saltēm, ad
imaginem illius vivo colore describendam, debita industria.
Neli igitur mirari, amplissime VIR, quod temuis bac
linea-

lineatio, antiquae religionis & disciplinae TUAE sub exemplo,
quo memorabile magis aliud vix cogitari potest, illustrari
commendatiorque fieri exoptet. Cassibus & infortunis non
unius generis, vitam TUAM, expositam fuisse, nostrum
nemo ignorat. In perpetiendo constantiam Tuam non uno
experimento probari vidimus. Adhuc memoriae nostrae ob-
versatur, cetera ut taceam, recens exemplum animi in-
victi, quem de gradu tumultuans fortuna nulla dejicere
potuit. Fulmina, quae denso & prope conserto agmine,
domum TUAM perculerunt, quotquot ad clientelam TU-
AM pertinere voluisti, praesentes & absentes diu mul-
tumque luximus. TU solas, tanquam Laurus, quae
nunquam fulminis ictu percutitur, inter fortunae tonitrua
tranquilla & serena semper facie effulsi, & ad frangen-
dam fortunae intemperiem, nullum magis accommodatum
alleviamentum esse, quam in voluntate Numinis acquiesce-
re, documento illustri TUO praemonuisti. Non ego animi
TUI dotorem exulcerabo, quem, nisi laxa dies temperisque
longinquitas non satis apte mitigabit. Beneficia, quibus
me meosque publicè privatimque cumulare voluisti, cum
attingere enumerareque religio vetet; gratae verò mentis
studium publice testari sedeat animo meo propositum: ut
obliga-

*obligationis hujusce meae pietatem devotionemque, qva as-
soles, humanitate aequi bonique consulere velis, etiam at-
que etiam TEMET obtestor.*

Max. rev. & amplif. DIGNITA-
TIS TUÆ

cultor humiliumus
JONAS RODOR.

Herren/ Lands - Cammereraren öfver Åbo / Björne-
borgs och Ålands Läner /
Edele och Högachtade Herren,
Herr GUSTAV. KRÖNICK/
Min Högtärade k. Farbroder.

Vålgiernings-Män tillsommer åra.
Men äro wi dem tillika genom blodet förbundne.
Tillhörer dem med rätta dubbel heder,
Min kara Farbroor.
Namnet allena det,

Inthgar
Hvad för nära skyldskap naturen stadgeat Eder och mig emellau?
I åren ock en af dem,
Som egenteligen lätit Eder vårda om min wälfärd.
Faders- och Broders namnet
Har i Eder ögon icke syns giöra denna förbindelsen tilsyflest.
Eder har behagat med hand,
Som än mera hasrea at bethyda
Förknypa mitt hierta til Eder kärlek.
Jag har warit frånvarande ifrån mine förfäldears huus,
Men har aldrig warit i mistning af den omsorg
Mig där måtte funnat wederhara.

Ty
Eder uppsicht har giorde
At jag mine närimaste och deras ömhett icke saknat.

Ta
Eder godhet har warit mot mig så stor,
At jag aldrig funnat wanta eller önska den större,
Om jag ock warit Eder egen Son.
Så owtärderlig har warit och är ännu Eder godhet.

Hed

Hos mig

Hvad står då at giöra eller tåndā,
Hvarmed sag så mycket godt må kunna astien?

Jag wil hafwa sagt: årkanna;

Jo, intet mer,

Un allena ställa Eder godhet

Under hvars mans åskådande;

Samt försäkra

At myntet af den penningen
Skal med tiden aldrig förlora sig.

Aldeles åro väl deha så

Och uppå et stämpplat linne förarbetade ringa rader

Otienlige til underpant och försäkran

Om mit hienta, så väl som min skuld:

Doch

Som jag räknar för en prydning

At ja i början rista

Min f. Farbrors namn

Uppå denna min första slögd och lärospän;

Cå

Förliter jag mig dock deruppå framgent,

At det varder upptaget med samma mildhet,

Som jag förr blifvit ansedd,

Och vassar framgent bli behållen vid så länge jag lefver,

Samt

Vilfalle giswes för mig at nämna

Min käre Farbrors

Ödmjuklydigste Brorson
JONAS KRÖDDER.

VIRO admodum reverendo & praeclarissimo
Dn. Mag. BENEDICTO RÅDDÖR
Ecclesiarum, qvæ DEO in Hållåla colliguntur PA-
STORI vigilantissimo, districtus adjacentis PRÆPO-
SITO adcuratissimo,
PARENTI CHARISSIMO.

Dum id, venerande PARENS, ago, ut primitias stu-
diorum Academicorum hæc Nomini TUO despondeam,
fateor inter intentionem persequendi an vero deferendi il-
lud consuum, distracti mentem meam. Nam dum TUO-
RUM in me meritorum magnitudinem cogito, curarum
gravitatem, impensarum multitudinem, & denique paterni
affectionis illi indulgentiam, fateor conatum remunerandi
meum usque adeo exsuperare ista omnia, ut quibus lita-
re possim TUO honori, neque, quæ agresti pietati con-
veniunt, ullibi inveniam Curaſti animum meum honesta-
rum Scientiarum lensu & amore mature expoliendum; ut-
gre in illa indole NUMINIS amor eniteret, quantum ad
Te, studiose diligenterque prospexit. Utrum, quod oportet
ordine nisique, per vestigia illa incidentem TEMER subse-
qui potuerim, judicare non meum, sed TULUM erit. In-
id quidem, a parvulo, omni cogitatione incubui, quomodo
non segnior essem in Te colendo, quam in erogando be-
nigne

nigne liberaliterque mibi, Tu ipse fuiſſi. Sed cum niſu
omni meo operaे pretium a me, ne qvidem ſperando, ali-
quod proficiſci poſſe viderem; qvod pietas & fides poſtu-
lant, papyro non ingratae huic memoriam meritorum TUO-
RUM inſeri, fortunaeg varietatem eandem cum ipla expe-
rii volui. Quaeſi tibi minus diſpliceat pietatis teſtan-
dae ratio, ad mensuram, quam mibi praefitui votorum
memorium, nil addi poſſe exiſtimabo, quam ut in longam
annerum jeriem una cum Matre charifſima, veren-
dum & venerandum Temet, impetu & affectu omni
ſufſiciam,

Parens indulgentiſſime,

TUUS

Filius obsequentiſſimus

JONAS RODDR.

VIRO JUVENI eruditissimo
Dn. JONÆ KROOKI

Dissertationis Auctori & amico laudissimo
S. P. D.

Qui id fieri crebro soleat, ut à viris egregiis filii imm. probi nascantur, qui paternam virtutem non referant, mirari saepe soleo. Sunt, qui naturae tribuunt non satis acriter instiganti matres ad nutritiunis officium idem proli suae praestandum, quod catulis suis bruta persolvere solent. Sunt qui eandem (puta naturam) in dotandis parentibus prodigiae accusant, quam in stirpe non possit non sequi sterilitas & paupertinum ingenium.

Mihi, cum sedet tanimo sententia, ad recte vivendum, satius esse bene institui quam feliciter nasci; qui gignunt & qui gignuntur partiri inter se debere epidemi ci morbi illius rationem existimaverim. Conferunt quod suum est parentes, cum in exaggerandis opibus consistere sinunt domesticam suam omnem curam. Sunt neque filii culpae expertes, cum securi opum, quas quaesivere parentes, felicitatis metam ponunt affluentiam, & ad eandem dispensandam admovent non nisi profusionem & festinationem.

In paternâ domo TLLA, mi conjugissime KROOKI, quo minus impedimentorum horum objectum fuit numero. sae filiorum soboli ad felicem educationem: tanto TIBI TLLISque fratribus, viris honestissimis impensè magis gratulator, qui in literaturâ pari & dispari eandem omnes fortunam,

tunam, eandem maturitatem conseqvuti estis. Gratulor PARENTI, ordinis sui verè seniori, quem divitiarum affectatio, & quae illius comes esse solet, tenacitas adeo non à piae & verae educationis officio distracta, ut, si quae prolixior sese rebus illius infuderit fortuna, eandem non liberorum utriusque sexus educationi animo prolixiore impenderit. Ut posteros sui similes haberet, cura illius omnis erat. Vesta pietas, illius aemula, neque alium finem respicit, quam ut virtutis accessione vestra famam patria locupletare poteritis. Adeo ut in iha, quae Vos circumstat non unius generis copia, eduxerit ne an felicissim PAIER genuerit; utrum ad parentis effigiem alibi soboles sex filiorum tam appositè efformata reperiatur, haereamus; certe, si quae exempla plura proferri queant, inter munera non omnium horarum suffragantis fortunae meritissimo iure annumerem.

POLYCRATIS felicitatem EUSEBIUS praedicat, quod guysewè episcoporum, quo vixit ipse seculo, septem numeraverit. Fratres utrum omnes fuerint, non expressè dicit; quamvis à blanda haeresi illa RUFFINUS non procul absesse videatur. Obtigit felicitas paternae domini Vestrae eadem propè, ut de' filiorum pari numero endemque successoribus magnarum rerum non impari, illa sibi quoque gratulari possit. Quorum, si non auguria destituant avitae laudis aemulationem, infulis & ornamentis civiliibus ad unum omnes brevi condecoratum iri, nullus dubito.

TUU ditandi qualis ratio, quae cura parentum fuerit; quantam in dispensandis rei bene gerendae adminiculis, sedulitatem TU IPSE adhibueris, dissertatio, quam omni si-
ne auxilio, praeterquam DIVINO, elucubrasti, praesens satis aptè

ap'è demonstrat. Amicissimam, quae veritates intercedit,
persertim Theologicas & philosophicas consensionem egregie
monstrasti. Cumque tractatione argumenti tam praeclaris
perspicue ostenderis TE sanis iustisque principijs imbutum
esse, quibus insistere oporteat omnes, qui adver-
sus veritatis hostes in aciem prodire velint, ex ungve,
qualis, confirmata aetate evasurus sis, quantoque in sinum
patriae fructus olim comportaturus eris, non è longinquò
apparet. Adsit in posterum Divina clementia consiliis ILLIS,
eorumque animos, quibus rerum sacrarum & civilium ar-
bitria inter nos commissa sunt, ad TE non segniter fo-
vendum ornandumque acceleret. Illi verò fac valeas,
meque mutuo diligas

TUI

studiosissimum
A. SCARIN.

Dissertationis, & partis prioris, de
PATIENTIA INJURIARUM
Schema.

- §. Post praefationem §. I. II III. IV. Generalia quaedam,
notioni patientiae evolvendae inservientia praestruuntur,
§ V. Desinitio patientiae traditur, ejusque indoles indigi-
tatur.
§ VI. Distinctionem quandam injuriarum adhibet.
§ VI. Agit de patientia circa casus fortuitos.
§ VIII. - - de tolerantia injuriarum a mentis usu desfi-
tutis illatarum.
§ IX. Ostendit conservationem sui non repugnare patientiae,
secundum L N.
§ X. - - eandem, neque secundum rigorem religionis
Christianae penitus illicitam esse.
§ XI. Grotii de patientia sententiam evolvit, eandemque
excudit.
§ XII docet in Statu Nat. patientiae plane non inconveni-
ens esse conservationem sui quaerere.
§ XIII Quale sit exercitium hujus juris in St. Civ. o-
stendit.
§ XIV. Evincit excussionem judicialem non repugnare
patientiae.
§ XV. - - Studium vindictae quam maxime esse patien-
tiæ adversum.
§ XVI. - - Monstrat quam remedia ad conservatio-
nem sui cum patientia plane non duconveniant.

§. XVII.

- §. XVII. Officium patientiæ circa injurias ieriores tradit.
- §. XVIII. Aliam ejusdem tenoris regulam tradit.
- §. XIX. Demonstrat surreptionem bonorum alterius, ut vita conservetur, patientiæ regulis non absolute contrariari.
- §. XX. Quid tolerari oporteat propter Deum, indicat.
- §. XXI. - - quid propriæ bonum publicum.
- §. XXII. Agit de patientia subditi versus principem.
- §. XXIII. - - - Item versus principem injustum.
- §. XXIV. Adhibetur distinctio inter Tyrannum Titulo, & exercitio talem, quidque versus Tyrannum Titulo talem agere oporteat patientem, monet.
- §. XXV. Quid versus Tyrannum exercitio talem, licitum sit, exponit.
- §. XXVI. Agit de patientia principis respectu injuriarum privatarum.
- §. XXVII. - - respectu injuriarum publicarum.
- §. XXVIII. Conditionem ministri ecclesiae exponit, ejusdemque patientiæ rigorem examinat.
- §. XXIX. & §. XXX. patientiam ministro ecclesiae circa privatas injurias commendant.
- §. §. XXXI. XXXII. indicant, quaenam, in partibus muneris sui obeundis, ministri ecclesiae salua conscientia tolerare nullo modo debeant.

PRÆLOQUIVM.

Duo habet intellectus humanus cognoscendi funda-
menta, rationem nimirum & revelationem,
Ex hisce principiis, cœu limpidis & perennis a-
quaæ fontibus, utilissimos, ad vitam feliciter
recteque instituendam, canones omni tempore homines
hauserunt. Fuere tamen, (neque forte adhuc desunt)
qui utrisque his principiis omnem fidem denegarunt. Sic
noſtri aevi Fanatici cuncta revelationi tribuentes, omnem
philosophiam atque secularem, ut vocant eruditionem, tan-
quam ſpuriam, noxiā & deceptricem orbe universo ex-
terminari volunt. Alii iterum, quos non Muhamedanos
& Sarmatas existimes, verum, quod maxime dolendum, in-
ipſo ecclesiae ſinu natos & educatos, atheistas puta, &
epicureos, eo insaniae, rationi nimium confidentes, proces-
ſerunt, ut omnem plane theologie ludibrio babeant. Quis
vero non videt, quam tota cœlo differant hæcſententia-
rum divertia? Sed quæ in eo tamen conueniunt, quod
pro instituto ſuo quisque gladium foriiter vihret, & ad
ponendam in aprico rationis & revelationis pugnam, con-
ſertis manibus concurrant. Interim, ſi quem in oculis ha-
bent scopum, pro ſe quisque obtineret, utrumque cognoscen-
di principium, cum aeternorum non unius generis verita-
tum tristissimo naufragio, poſt non multo fore collapsurum,
non e longinquo quisque videt. Si enim aliena & contra-
ria diceret revelatio a ratione, tum utique, cum duae
propositiones contradictiones ſimul non poſſint eſe verae,
aut contradictione in Deo ſatuenda, aut cedendum, quod

)C

alter.

alterutra falsa, eademque penitus & omnino proscribenda
foret. Ast oleum & operam perdidisse censemendum est malis.
gnum Scepticorum genus utrumque. Quemadmodum enim
haec constans omnium veritatum, ad unam, est affectio, ut
suavissimo nexu inter se convenient; Sic dogmata Theolo-
gica & philosophica invicem contrariari aliquando ne-
que quisquam inveniet. Loquor non de rationis abusu,
neque praejudicatis opinionibus, quae in adolescentia insili-
lari, & sub specie religionis nobis identidem persuaderi solent.
De ipsis corruptionis nostrae testibus si sermo esset, non post
multo vietas manus daturus essem. Igitur veri nominis ra-
tionem modò in oculis habeo, quae consistit in nexus ve-
ritatum, ejusque perpicientia; eamque in consilium
adhibitam & recte applicatam nunquam religioni contraria-
ri dico. Idque hocce firmissimo suffultus argumento, quod
alias injurias in ipsas summas DEI perfectiones essemus. Cum
enim Scripturae & Naturae Libri sit auctor Deus, fun-
damentum contradictionis aut in intellectu, aut voluntate
Divina esset quaerendum, quorum uirumque omnino blas-
phemum. Melius itaque sibi atque conscientiae consulunt,
qui DEUM secum ipsum non committunt, sed certa fiducia
credunt Eundem, pro summa veritate & sanctitate, nec
voluisse nec potuisse sibi contradicere. Haec licet ita sit
id tamen non dissimulandum, quod non semper in hac de-
bilitate, ubi ad partem solummodo intelligimus, sublimita-
tem revelationis capiat ratio. Et quid mirum, quod haec,
quae per se apta est ad peruestigandas non nisi veritates
naturales, non assequatur ea, quae supernaturalia sunt,
ejusque spacio supergrediuntur? atque ut per hoc ipsum
revelationis indoles se se prodit, quod ad altiora contem-
planda

planda naturam revolet, eique excellentiora & sublimiora
suppeditet agendi motiva. Alias revelatio non esset reve-
latio, vel certe frustranea. Interim mortalium, quis quae-
so! tam audax, ut ex doctrinarum Philosophicarum cum
Theologiae capitibus nexu & consensu mortalibus imperva-
stigabiii, naturam ideo tanquam vanam & inutilem de-
trectet? Est heic res, ut verbis utar cl. Cantzii, est
rei detectus, laudatur illud, culpatur hoc. Et quis
usum cujudam rei ideo rejicit, quod non majorem pree-
stet? Oculorum aciem non abnuit aut recusat quisquam,
quod telescopio quis remotiora accurate magis intueri que-
at. Neque simpliciora in Matheci edocitus, eliminare sta-
tim aggreditur illa, ubi postmodum sublimioribus Mathema-
tum disciplinis animum suum imbuendum tradiderit.

Ne vero temet, Lector Benebole, multis detineam;
Per Tria illa magna moralia, quae in frontispicio ti-
tuli vicem gerunt, scias velim nisi aliud intelligere nos-
met, quam tres istas virtutes, Patientiam injuriarum,
Humilitatem & Dilectionem inimicorum. Sunt hacc
ita comparata, ut rationi primo intuitu cum singulari-
& paradoxa obveniant, visa neque alia, quam quae
revera pugnant cum communi omnium animantium na-
tura, quae destructionem semper aversatur. Certe cum
ad praecipuas Christianae religionis affectiones referimus
patientiam injuriarum, charitatis regulas, quae a se ipse
incipit, & proinde universalitatem harmoniae fidei atque
rationis nisu eodem, saltem primo affectu, infringere
velle videmur. Quae Ciceronis mens sit circa patientiam
injuriarum, ex libro officiorum primo illius satis appetet.
Existimat ille vim vi unumquemque juste repellere posse,

ne quam communitati & socialitati fraudem licite & im-
pune quisquam intentare queat. Illam ab aequanimita-
te Christiana divertere Philosophiam, non longe videbit,
quisquis suam naturam curatus rimatus fuerit, & ad
sequendam ejus potius, quam Christi sententiam, pronitatem
consideraverit. Ceterorum cum Graecorum tum quoq; &
Romanorum, in gratiam magnanimitatis & pugnacis vir-
tutis illius, exantata scholae discrimina, quasi inter cla-
ritatis & gloriae parandae instrumenta illa vel praeci-
pue emineat, nunc non moveo; neque sine fastidio Chri-
stianorum alicui in mentem venire possunt. Quid? quod
de humilitate Thomasius sentiat, eandem virtutem esse
adeo quidem Christianismo propriam, ut rationi eadem pla-
ne sit ignota (a); licet re penitus considerata, & ad
vera & genuina I. N. principia examinata, nihil ma-
gis consentaneum rationi sit, neque socialitatis perfectio-
ni accommodatum magis, quam sedula barum virtutum, in
omni genere humano praxis & executio. Licet id neque
inficias eamus, quod virtutes hae eadem ad cynosuram
verbi Divini relatae & penitus excusae, multis parafan-
gis antecellant easdem, in habitu mere naturali spectatas.
Quo enim excellentioribus utitur motivis, iisque ratio-
nis lumine ignotis, revelatio, ad tanto majorem perfectio-
nem quoque disciplinam illius collineare, manifestum est.

Vocamus Moralia nostra magna, illiusque appellationis
rationem banc habe. Notum est Aristotelem, qui Philo-
sophiam moralem, ab aliis traditam non nisi sententias
& apophtegmatibus in systema primum redegit, tria ad
moralem Philosophiam pertinentia scripta consignasse; quo-
rum primum, quod loco philosophiae practicae universalis
esset,

effet, atque elementa moralia saltem contineret, sub titulo, magna moralia, tradiaerit. Quisque videt nos non eo sensu moralia nostra adhibere. Interim qui cogitaverit, quid circa virtutem valeant affectus; dico, qui, per spissos gradus eundo, in iis, quae philautiam concernunt, vehementissimam saepe luctam expertus est rationem inter atque affectum, & perinde reminiscatur, quam aegre superiores partes obtineat virtus; (b) cui denique attendere voluere fuerit ad vim magnam hominum, qui libidinum perturbationibus vexati iis plane succubuerint; Principes ingenti numero cogitaverit qui multa millia captivorum in triumphum duxerint, sed juxta suarum cupiditatum fœdissima mancipia extiterint, aperte argentes, facilius esse subjugare regiones & innumeras gentes, quam ipsis sibi & affectibus suis imperare; qui haec inquam, omnia spenderit, is vix inficias ibit, quin ab aethe-rea sede veniat virtus, & quae tam eminentis virtutis sunt officia, magnorum moralium nomen sibi non, injuria vindicent.

Harum virtutum necessitatem & continuum in vitam communem influxum, nemo ignorat. Apud memet Charitum blanda triga ista, & ex amoris illecebrâ, admiratio illarum tantum efficit, ut quid de illarum indole & dignitate habendam existimaverim, tenues cogitationes, tricinium quoddum academicum editurus, in medium proferre mecum constituerim. O! Summe Deus, qui ipse virtutum studio delectaris, Tuam gratiam imploro, atque ut vires concedas, devotissime precor.

(a) Thomas. Jurisp. Divin. in not. ad §. XVIII. Lib. II.
Cap. IV.

Quam

(b) *Quam nos tolli ab affectibus solvi, iisdemque non succumbere ardua res sit virtuti, graviter & ad rem apposite nos docet Epict. enchirid. paraphr. Cap. XLIX. quo cum conferri meretur Augustini prosopopoeia: O! quam faciles aditus, & quam difficiles exitus habentis, dum invadetis, injungitis. Sed postquam invalebitis, usque ad mortem pungitis.*

¶. I

Perfectionem in genere definiunt Philosophi; per consensum plurium a se invicem differentium in uno. Itaque, cum ad perfectionem necessario requiratur conspiratio plurium rem perfectam ingredientium, nihilque sit sine ratione sufficienti: intelligitur hinc, in perfectione semper adesse rationem quendam generalis, seu *regulam*, ad quam collineare debent varia. Si ejusmodi regula determinans unica fuerit, perfectione *simplex* est; si vero contentus plurium ejusmodi perfectionum existiterit partialium, vel plura principia determinantia adsint, perfectione oriuntur *composita*. Fieri autem potest, quod experientia subinde constat, ut perfectiones partiales, ex quibus nascitur composita, sibi invicem contradictant & repugnant; haecque repugnantia est, quae *collisione* vocatur *regularum*. Quamobrem cum contradictione non sint compollibilia, eorumque coexistentia compollibilitatem praestruat, unicuique palam est, utramque regularum collidentium (ob princip. con-

A

trad.

trad.) simul observari non posse. Si igitur altera obtainenda est, ab altera necessario debet fieri exceptio, h. e. altera est negligenda.

§. II.

L Eges naturales sunt regulæ, ad quas actiones nostræ liberæ attemperandæ sunt. Pro varietate objectorum, circa quæ actiones humanæ occupantur, quæ aut respiciunt *DEUM*, alios homines, nosmet ipsos, animam nostram, corpus, statum externum, bonumque publicum vel privatum, &c. L. L. *Naturae eadem*, quamvis non realiter a se invicem differant, ut distinctæ tamen, ex compositione rationis, repræsentari possunt, ac in plures resolvi. Quid? quod sit hæc constans & perpetua harum legum, quæ non sunt nisi regulæ perfectionum, affectio, ut nunquam sibi invicem contradictant, atque collidantur; sed quam multiplices & multiformes appareant, in eo perpetuo convenient, ut in gloriam Summi Numinis, & mox felicitatem humani generis dulcissimâ tendant harmonia. Porro licet his finibus, tanquam per rationes ultimas determinentur in quotidiano vitæ humanae commercio patet tamen, persæpe casus emergere, in quibus collidere videntur (*) ita ut iisdem simul satisfieri nequeat. quin autem in ejusmodi casibus ab alterutra Lege collidente exceptionem instituere nobis fas sit, imo, ne ab operando utrinque submoveamur, ad officium omnino pertineat ab altera desistere, nemo per (§ I.) dubitare potest.

Dixi

(*) Dux data opera videntur; tam incepit enim ac
aliqva reali repugnantia atque collisione reprehenduntur LL. NN., quam impium est contradictionem
in sanctissimo & sapientissimo earum auctore statuere. Nempe, cum extra omnem dubitationis aleam
positum sit, Summum Numen LL. NN. sanctione sua,
hunc imprimis finem in oculis habuisse, ut media es-
sent manifestationis maiestatis suae: satis est credere,
quod pro sapientia summa etiam easdem ita ordi-
naverit, invicemque subordinaverit, ut indispensabi-
li nexu finem propositum semper promotum, nun-
quam autem obstructum irent. Quid autem harum
Legum, in earundem praxi & applicatione existant
collisiones, id tantum apparenter, & non nisi no-
stra opinione sit; adscribendumque aut intellectui
nostro limitato, quo non perspicere valemus limites
unicuique Legi a Legislatore optimo praefixas; aut
pravae nostrae philautiae, qua partium studio ab-
repti, pro lubitu Legis universales, plus justo dilatando
vel restringendo, perverse interpretamur. Sed di-
citur: quid ejusmodi opus est fingere exceptionem,
ubi nulla existit collisione? Respondeo, satis esse, quod
ob infirmitatem humanam ita nobis apparent, ta-
lesque collisionis casus insuperabilem saepe in praxi
morali remoram injiciant, nisi secundum regulas bo-
nae interpretationis, rectarique rationem, exceptio-
nem admittamus, adhibeamus. non quod legem a-
liquam negligamus vel contemnui habeamus, sed quod
ex mente Legislatoris istius legis vis ad presentem
casum non pertineat. Quae etiam caussa est, cur
Philosophi regulas excogitarint, secundum quas in

collisionis casibus, sine omni formidine errandi pro-
gredi securi possimus. vid. Pufend. de O. H. & C. cap
de interpret. §. XIII. & Wolf. phil. pract. univ. part.
I. C. II. §. 206. &c.

§. II.

Quemadmodum bonum est, qvod nos statum-
que nostrum perficit; atqve malum, vi op-
positorum, qvod nos nostrumque statum imperfe-
ctiorem reddit: sic bonum minus continet perfe-
ctionem minorem illâ, qvæ est in bono majori,
atqve in malo minori est imperfectio minor, qvam
qvæ est in malo majori. Hinc ergo nascitur pro-
positio illa axiomatica in moralibus tanti momen-
ti: *Bonum minus est malum comparativum, ratione boni
majoris; & malum minus bonum comparativum, ratione
mali majoris.*

§. IV.

Quotiescunque ergo ob legum naturalium simul observan-
darum pugnam sive collisionem exceptio ab alia lege
est instituenda, toties, si ducem rectam rationem seqvi
voluerimus, id agemus, ut maximam majoris boni ratio-
nem habeamus, eaque Lex, quæ majus bonum pro obje-
cto habet, vincat illam, quæ minus continet. Cum LL.
NN. colliduntur, impossibile est, ut iisdem (§. I.)
simul satisfieri possit, adeoque (§. II.) ab alterutra
debet fieri exceptio. Verum cum bonum minus,
ratione boni majoris, induat naturam mali (§. III.),
Deus autem & natura nos inducat ad malum e-
vitandum, majusqve semper bonum conjectandum;

con-

conseqvens est, ut obligemur ad satisfaciendum legi majus bonum injungenti; & tum lex, cui in exceptione satisfit, vincere dicitur. Palam ergo est, in collisione LL. NN. illud, qvod majus bonum amplectendum præcipit præceptum, omnino vincere, eidemqve præferri debere legi, qvæ minus bonum continet.

(*) Plures collisionis regulas videoas apud moralistas, Pusend. & Wolf. loc. cit. Maximo qvoqve adjumento & usui in hoc negotio erit finium in rerum natura consideratio a Cartesio tantopere rejecta. Nemo enim, integer modo rerum æstimator sit, est qui non secundum ordinem charitatis in diligendo procedit; Nemo non ordinem atqve subordinationem finium a Deo constitutam, eorundemqve universalitatem vel particularitatem respicit. Non sunt hi fines singuli ejusdem tenoris, gradus & quantitatis, sed est alter nobilitate præstantior altero, vel vilior, qvem ad modum magis illi fuerint universales vel particulares, & demum ad finem ultimum promovendum magis vel minus accommodati. atqve hinc est, quod in officiorum collisionibus, nosmet non dubitanter expedire, atqve de voluntate divina in exceptione instituenda, certiores qvoqve esse possimus. Cum enim ex Theolog. Nat. constet Deum velle bona pro gradu bonitatis, & qvod ex certo genere optimum fuerit, id ex illo genere illum velle omnium maxime; per necessariam inde consequiam fit, Deum ex finibus maxime velle finem ultimum, & post hunc, qui magis magisqve scopum ultimum promovent; atqve adeo, ut ea Lex, qvæ finem ultimum pro objecto habet, maxime obseretur

vetur; ceteræ, vero inter se subordinentur, quemadmodum earum fines sese invicem excipiunt.

§. V.

ATque hinc videre est, qvis sit locus *patientiae*; qvornodo inter virtutes non postremæ caueæ, illa, si qvæ alia, modo qvæ eandem circumstant, momenta recte sese habeant, sit omnino referenda. Non nego legis naturalis Divinæ præceptum esse, ut homo in statu illo sese conservet, in quo per naturam est constitutus; imo ut per concessas animi corporisqve dotes, secundum media huic fini divinitus ostensa, magis magisqve hunc statum emendet & perficiat; huncqve finem per omnia promotum voluisse optimum conditorem vel exinde liquet, qvod Naturæ humanae indiderit stimulos & instinctus, ita dictos naturales, vi qvorum vehementissime feruntur mortales ad conservandum vitam, corporisqve membra contra injurias qvasvis & pericula externa: probe tamen observandum, qvod natura & Deus jubeat amorem ordinatum, qui ex ordine finium cognoscitur. Hic vero est iste finium ordo, ut ultimus sit glorificatio Dei, proximus felicitas humani generis, cui iterum felicitas cujusqve hominis privati, multiqve deniqve alii fines subordinantur. Adeo ut si præceptum de vitâ conservandâ conferatur cum alia qvacunqve lege, objeci nobilitate præstantiori, gloriam Divinam puta, & bonum publicum injungente, nec illi heic & nunc, nisi

nisi posthabita priore, satisfieri possit, tum quidem
(per §. IV.) nosmet ita amemus, ne injurii in
Deum & genus humanum fiamus, ordinemque fi-
nium & legum invertendo, graviorem vindictam
Divinam incurramus; h. e. nosmet ita diligamus o-
portet, ut, cum Dei, boni publici honestatisque caussa
postulet, ut dura perpetiamur, exceptionemque a
nostra perfectione faciamus, tum neque vitae pe-
ricula, neque mortem, si quæ potiora sunt re-
dimi non possint alia ratione, subire detrememus.
Atque haec virtus est *injuriarum patientia*, hero-
um progenies a veteribus existimata, quam ideo
definimus per *habitum, invicto animo & robore quævis*
injurias, (*) ob *majas bonum consequendum, vel malum*
declinandum (**) *preferendi*,

(*) Notum est, vocem *injuriae* passim apud Morali-
stas strictius sumi, ad o ut denotet læsionem vel
damnum ab aliis, contra jus nostrum perficitum ex
proæcti & malitia, datum. Verum cum objectum pa-
tientiae constituamus omnis generis mala, quæ quoenam
modo tristia atque ingrata esse, atque ad imper-
fectiones tendere videntur; Sic sub notione altera,
puta *injuriae*, comprehendimus omnia infortunia, quæ
tædium creare, felicitatemque perturbare possunt;
idque non absque omni uisu & auctoritate.

(**) Neminem offendat, quod scenæ & hypothesi no-
stræ servientes, id libertatis nobis assumserimus,
ut in definiendo quid per *patientiam* velius in-
tellectum, proprium judicium sequuti simus, adeo-
que a definitionibus, quæ passim prostant alio-
rum,

rum, recesserimus. Neque enim adversus Leges bo-
næ Logicæ, facto eo, erroris quidpiam commissum es-
se arbitramur. Impossibile enim est concipere pati-
entiam, nisi sub conditione & majoris, ut dicitur,
diligibilis & perinde deligibilis. Nam ratio nulla sub-
est, cur quis alias imperfectionem velit, siisque, qui-
bus promovetur illa, assentiatur. Constat enim ipsos
neque Mahomedanos aliosve, fatum fatuum statuen-
tes, ita inexorabili suæ necessitati sese committere,
quoniam stimulos suos naturales persæpe sequantur. Quicq;
qvod ipsa perfectior Lex Evangelica, quam quam
naturæ vires assequi possunt, majorem diligendi
modum non ignorat, neque patientiam ulterius ex-
tendi velit, quam amor nostri ipsorum intuitu, id per-
mittat. Quamobrem nec ipsum consummatissimum vir-
tutis exemplar *CHRISTUS* injurias semper cœca exceptit
patientia, sed vel fuga, vel alia ratione sæpe pra-
vis pessimæ gentis molitionibus sese subduxit, atque
contra eorum machinationes sese conservavit; donec
tandem impletum esset tempus, felicitasque generis
humani postulareret, ut obsequii & patientiae exemplum
magnum & memorabile ederet, idemque crucei affi-
xus, dictis non invitis factisque exprimeret.

(***) Ex hæ definitione, perinde atque ceteris in
medium allatis momentis, qvodammodo dispalescit,
quam male illi rem agant, qui ex vulgaribus, qvod
charitas incipiat a se ipsa, quilibetque sibi proximus, vir-
tutem patientiae tanquam rationi paradoxam, & na-
turæ animæ contrariam e foro J. N. exterminandam
volunt. In quo errore etiam Grotium constitutum fuisse
deprehendimus, qui eo procedit, ut hanc virtutem
splen-

9

splendidissimam Legi Morali ferè ignotam esse existimet. Non nos dicimus *patientiam* qvibusvis malis seè ultro offerre, iisque sine discrimine acquiescere. Hoc stultum foret & naturæ repugnans. Sed quatenus hæc ipsa injuriarum perpessio est genuinum medium majus bonum veramque felicitatem consequendi, eatenus in censem & considerationem officiorum humnanorum eandem venire debere urgamus. Innumerri enim dantur casus, ut inferius patebit, in qvibus injuriæ passæ levantur, qvemadmodum ex adverso propulsatæ tristissimam semper fere ruinam post se trahere solent. Dantur etiam tempora, dantur circumstantiæ, in qvibus secundum illud Horatianum, *dulce est pro patria mori*. Patet igitur per ipsam voluntatis naturam nihil magis hominem decere, quam ut mala æqvo animo ferendo, obligationi suæ satisfaciat, nihilque magis homine indignum, quam more belluino super qvasvis offensas irasci, atque ex impatientia in eam vindictam suere.

§. VI.

Hilce præmissis, proprius ad institutum, qvod prostat, gradum promovebimus, intimiusque, qvæ patientiae obligationes & jura sint, rimatum approperabimus. Ut autem distinet & ordine procedamus, id agemus, ut, præstructa adæqua ta injuriarum distinctione, primo generatiter dispi ciamus, qvid per patientiam homini, ceu homini, in statu naturali, vel civili, vel in quo cunqve statu constituto sufferre conveniat, deinde *specialius*, qvid ratione diverlorum statuum

& relationum, & hinc emergentis diversitatis iurium & obligationum, ab unoqvoqe postulet honestas, ut patiatur. Mala atque adversa cum nobis contingunt, constat experientia, eadem fieri aut mediante fortuna, aut qvod ab aliis hominibus eadem infligantur, vel deniqve qvod ipsimet sponte ex obligatione perpessiones sustineamus. Adversa, qvæ ope fortunæ nobis eveniunt, vocamus casus merè fortuitos, qvæ ab aliis hominibus nobis inferuntur, cum vel existentiæ luæ rationem habeant in libertate aliorum, vel minus, priores nobis dicuntur *Laesiones vel injuriae strictæ sic dictæ; posteriores*, cum ad proæresin referri nequeant & perinde videri poterint esse non imputabiles, ejusdem naturæ cum casibus fortuitis illas esse dixerimus, qvæ in eandem cum ipsis classem proinde etiam referri queant. Qvæ deniqve fata ipsimet ex obligatione tubire cogimur, appellantur *tristia*; cum triste omnino sit humano tensui, magis bonum non conseqvi, nisi aut cum hominis cuiusdam vitæ dispendio, vel privatione ejus, qvod ad illum pertinet. Quid vero circa unum qvodque mali genus agat vel patiatur *virtus*, inter moralia princeps nostra, jam videbimus.

§. VII.

Casus fortuitos potius pati, quam de iis irasci, nosabet sana ratio & Lex patientiae. Constat per quotidianam experientiam, totum hoc universum, omniaqve ac singula, qvæ eodem comprehenduntur

etur esse res contingentes; adeoqve nec entia necessaria esse, nedum existentiæ suæ rationem in se ipsis agnoscere. Res autem sic existentes, cum in se ipsis rationem suam non habeant, ut in alio ente habeant, (vi princ. rat. suff.) necessaria omnino est. Hoc ens qvia non potest esse aliud, in quo acqvielcere possimus, qvam *Ens a se*, sc. ipse *D̄eūs*: conseqvens est, omnes res extra Deum existentes dependere a Deo ejusqve voluntate conseqventi atqve decreto. Qvin, cum fieri possit, ut nexus aliquis partialis, licet in se bonus, ratione totius sylternatis mundani optimi talis non sit, adeoqve negligi ob majus bonum debeat; Hinc non repugnat, a Deo qvandoqve permitti posse decerniqve mali physici existentiam. Est fortuna adverſa nil nisi nexus cauſarum incognitarum in nostram imperfectionem tendens. Eadem cum sit res extra Deum existens, qvin ejus auctor, vi allatorum, Deus qvoqve esse possit, & ad fines suos obtinendos eadem jactari sinat homines, cum in optimo rerum nexu frustra nihil fiat, nullum est dubium. Hæc autem cum ita sint; si affligente nos adversâ fortuna, conqverendo, murmurando, nostra forte contenti esse desinamus; patet nosmet hoc ipso efferre nos supra Deum, atqve voluntati ejus nostram opponere. Qui qvam majestati Divinæ repugnet autus, qvamque gravissimam vindictam mereatur, non minorem qvam incurrere olim rebellantes verum

cœlum gigantes, nemo non videt. Igitur cum patientia sit habitus mala ob majus malum evitandum, preferendi; (§. V.) sequitur sanam rationem nosmet obligare ad casuum fortitorum tolerantiam.

(a) Fuit us in hocce theoremate evolvendo, ob maximum usum continuunt que in fluxum in praxin moralem, prolixiores. Hanc enim propositionem jam suo tempore, ultro agnoverunt, atque ad praxin rigidissimam deduxerunt Stoici. Sed ex parum limpiido fonte. Statuerunt enim fatum fatalemque necessitatem, qua omnia quæ sunt, ita fieri docuerunt, ut contradictorium fuisset aliter fieri; Hincque sapientis veri characterem esse credebant fato suo sese accommodare, eaque quæ inciderent, æquo animo ferre.

Optandum foret, vulgus hominum hodie seniores sibi de fortuna ideas formaret, quam communiter fieri solet; Tot reprehendenda impatientia monstra tum non direntur certe, neque oculis nostris obversarentur. Quoties enim cunque non illud accidit, ut cum alicui contingat, aut morte eripi parentes ejus, liberos, conjuges atque amicos, aut negotia suscepta iis male cedant, tamen luctui & desperationi sese dedant, ut vitam sibi ante diem eripiant, vel certe in summam sese miseriam dejiciant. Cui nefando vitio antiquissimis temporibus, inter multas alias gentes, obnoxii fuerunt etiam majores nostri, qui, nescio quo furore capti, ob minima infortunia ex montium eacum inibus sese precipites dederunt, mortemque ipsi sibi accelerarunt. Vid. Rolf. & Goth. historiam notasque ad eandem Verelianas pag. 15. seq. Duplici,

ne dicam multiplici ratione istiusmodi homines in
 Deum ejusque majestatem peccare quis non videt? Primo enim absolutum & despoticum sibi arrogant
 dominium in vitam suam, atque jus ad eam per-
 dendam vel custodiendam indifferens, cum tamen
 hoc Deo soli ob illimitatum totius universi imperi-
 um competat, vitamque ab optinendo Datore eum in
 finem unice acceperint, ut ea uterentur in Nominis
 ejus gloriam, generisque humani commodum. Deinde
 Deo denegant gloriam, quae ipsi ob totius uni-
 versi gubernationem, providaque omnium creatu-
 rum curam, venit. Non enim agnoscunt bonitatem
 ejus summam, qua nunquam vult creaturarum sua-
 tum imperfectionem, sed pro receptivitate eorum,
 ipsis confert bona; potius versus regimen absolutum
 illius rebelles sunt censendi in eo, quod sapientia e-
 jus regulas praescribere non erubescunt. Cum tamen
 in media malorum inflictione etiam benignissimus sit
 Deus, sapientiaque sua summa utatur non nisi in
 perfectionem hominis. Quoties enim non illud fie-
 ret, (domesticam cuiusque experientiam testor) ut
 tempore sequenti imperfectior esset homo, si tem-
 pore praecedenti bonis quibusdam ex animi senten-
 tia fructus fuisset? Quoties non tempore sequenti de-
 prehendimus, quod in majus malum incidemus, si
 in minus antea incidere nobis non contigisset? Et
 nonne sic Deus, majus bonum dando, magis beni-
 gnus est, quam si minus donet? prætereaque cum ea
 plerumque sit hominum indeoles, ut ex diurna rerum
 secundarum usurpatione eorum animi corruptantur,
 partiumque suarum obliviscantur. Nonne praestat, ro-

go, bonis qvibusdam physicis privari nosmet, immo malis infligi, ut ad virtutem ducamur, inq; ea maneamus, qvam in omnium rerum externalium adfluentia in vitia qvævis delabi, futuramque sic niseriam augere? Melius itaque rebus suis consulunt, qui Deo formam suam submittunt, certissime persuali, Eum, qui tempestates adversas nosmet subire voluit, longe restitus dignoscere, qvod intuitu nostri sit optimum. Et hi erunt, qui denum intime experientur, uberrimos patientiae fructus sua dulcedine, multis parasangis transactorum amaritudinem superaturos; quales post multarum adversitatum & vexationum tolerantiam sese degustasse dicit illustr. Thomasius in sua ad cautel. Jurispr. præfatione gravissimè.

§. VIII.

Injuriae ab infantibus, furiosis & mente captis inflictæ, potius commiserationem, qvam vindictam merentur. Est quidem Lex Nat. inviolabilis, qvod suum cuique tribuamus oporteat. Novimus quoque ex doctrina juris N., qvod qui hanc legem violaverit, & nos perturbaverit in eo, qvod ad nō nostrum pertinet, nobis læsis enasci jus malis externis utendi contra lædentem. Sed observandum: Naturam hoc jus mala malis rependendi, non eum in finem largitam fuisse, ut lædenti unice sit male, sed ut medium evadat lædentem eo adigendi, ut expletionem officiorum ab ipso, intuitu nostri imperemus. Jam igitur si contingat infantem vel furiosum infligere nobis quoddam malum, tum quidem ita est, ut pro læsione illud, quatenus nostri

nostrī violationem involuit, reputari possit, adeo-
qve contra jus nostrum agat. Sed tantum abest,
ut ideo juris cogentis exercitium nobis competit,
qvin potius, in illum mōdum, jus summum in sum-
mam injuriam evaderet. In qvem enim finem
mala applicaremus? Dicis, ut datum, qvi infert, aut reparer. Sed hoc frustra qværis.
Aut, ut emendetur, & cautionem securitatis in
posterum præstet. Ast tum qvidem te æque stul-
tum præbes, ac ipse ratione carens. Sunt enim
ratione destituti, (vi defin.) in eo mentis statu,
ut omni deliberationis & electionis exercitio ca-
reant, adeoqve nec regulas, ad qvas actiones suas
componere debeant, oblevare, nec de moralitate
actionis a se luscipiendæ judicium ferre valeant.
Seqvitur igitur, si malis mala in his casibus
rependeremus, tum nosmet, aut prorsus sine ra-
tione sufficieni, aut animo virulento, vindictæqve
cupido alienam moliri coercitionem; qvod poste-
rius cum heic obtineret, & amori aliorum adver-
setur, adeoqve J. N. e diametro repugnet, per pati-
entiae legem patet nihil durius esse, aut a qvoqvam
inhumanius fieri posse, qvam si injurias mente
destruitis imputare, easqve vindicatum accedere
præsumferit.

Observandum tamen est circa hoc punctum, non re-
pugnare patientiae, nostri rerur qve nostrarum difen-
sionem contra ejusmodi furiosos, & rationis usu de-
stitutos; atqve anteqvam illatum sit malum, modis

Iegi-

legitimis declinandi illud. Si tamen propulsari non possit, nisi cum hominis internecione, vel membra illius mutilatione, tum svadet liberalitas, ut antequam eo procedamus, rerum nostrarum quandam patiamur jacturam; præsertim cum ad saniores mentem restitutus furiosus, obligatus sit ad damni reparationem. Atque id quidem de rerum & bonorum nostrorum defensione. Sed alia est ratio, si vita nostra sit in discrimine, tum quidem existimamus licere legem seqvi conservationis.

Hinc demum patet, quam affectuum suorum servi illi sint etiam, qui quoties vel levissimum damnum a rebus inanimatis & brutis patientur, toties magnopere indignantur, atque in vindictam feruntur; perinde ac si haec entia libera essent, actionesque eorum ipsis imputari possent.

§. IX.

Accedimus ad secundi ordinis *injurias*, puta propriè sic dictas. Etenim licet per ipsam conditionem humanam, jam variis, imo infinitis proflus premamur calamitatibus. Eo tamen saepius procedit valetia mortalium, ut non solum non immensam hanc naturalium calamitatum molem, ad quam nati sunt, sublevent, verum eo injustitiae etiam eunt non pauci, ut contra omnem jus Divinum & humanum, immensem malorum cumulum adjiciant. Sed tantum abest, ut dicamus eorundem propulsionem absolute & simpliciter repugnare patientiæ; quin potius, re generaliter & sine circumstantiis considerata, statusmus nosmet obligari ex lege conser-

conservationis, ad quosvis malos insultus averruncandos.

Constat enim ex moralibus, ut & (§. V.) nosmet obligari Lege Divina Naturali ad quæren-
dam perfectionem nostram, statusque nostri; atque
adeo, cum omnis perfectionis, quæ in sphæra hac-
ce terrestri homini contingere potest, basis ac
fundamentum sit vita, ad conservandam eandem
omniaque, quæ ejus ambitu continentur, vel præci-
pue ad officium pertinere. Homines igitur, Lege Divi-
na obligantur ad se conservandos, tanquam ad quæren-
dam actionum suarum finem. Verum finis non potest
obtineri sine mediis. obligatio igitur ad finem, etiam
dat ius ad media. Conseqvens igitur sine omni dubio
est, quod si alii sanguinis & originis nostræ con-
fortes, natura æquales puta, contra charitatis so-
cialitatisque jura nos aggrediantur, mortemque in-
tentent, nobis tum constare ius ad immeritam
vim repellendam, eaque omnia agendi, sine quib-
us finis a Deo intentus obtineri, & obligationi
naturali satisfieri nequit. Alias, enim frustranea
& inefficax esset Lex Divina.

(*) Non est quod objiciat quisquam violentam hanc
vitæ defensionem adversari amori erga alios, quo
obligamur ad perfectionem aliorum promovendam;
& perinde cum regulis patientiae pugnare, cuius
symbolum & genuinus character est, abstinere &
fuscinere. Scilicet est res in vado posita. Novimus
enim ex moralibus officia erga alios derivari ex
C officiis

officiis erga nosmet ipsos, amoremque ordinatum incipere a se ipso, vel quod idem est, nosmet ideo obligari ad amandos alios, eosque perficiendos, in quantum per infirmitatem atque indigentiam naturalem, sine aliorum adminiculo perfectionem nostri ipsorum obtainere non possimus. Si igitur colliduntur officia erga nosmet ipsos cum officiis erga alios, tum quin vincant priora, ceteris paribus, nullum remanere potest dubium.

Sic quoque per ipsam definitionem patientiae falsitas apophtegmatis memorati illius se non obscure prodit, quod tempore & occasione omni, in omni casu quoque abstinere & sustinere debeamus. Neque enim hoc obtinet aut valet, nisi inde excellens magis bonum emergat. Instituta vero comparatione inter invasum innocentem & invasorem noxium, cuius, quæso, vita & perfectio tanquam majus bonum est considerandum? anne illius, qui injuste sanctissimas Numinis Naturæque leges pessundans, communem hostem nominis humani & Divini sese præbet, & de quo nulla, vel certe exigua spes est, quod ad meliorem frugem parrantur sit? vel illius, qui nemini nocet, officiaque unicuique debita pro virili suo observat. Sane ob bonum commune totius societatis humanae concedendum est jus inculpatæ tutelæ; alias enim in immensum augeretur licentia percussorum, & mox bellum omnium contra omnes enaseretur. Egregie ergo & ad rem nostram apposite Grotius. Si tollamus, ait, jus capitalium suppliciorum, & armis nos tuendi adversus latrones & praedones, maximam sum inde secutura erit scelerum licentia, & quasi diluvium malorum. J. B. & P. L. l. c. ii. § VII. Nee

Nec magis valebunt illi, qui distinctionem faciunt inter L. N. permissivas & præceptivas, existimantes defensionem legibus solummodo permissivis approbari, eamque cœu nudam quandam facultatem concipiendam esse, nullam autem ad eandem dari obligationem. Præterquam enim, quod falso adstruatur ejusmodi dari leges permissivas, vi obligatoria prorsus destitutas, est namque L. N. norma sufficienter determinans actiones nostras morales in nostram perfectionem vel imperfectionem tendentes. Jam vero nullæ dantur actiones nostræ indiffrentes: sed ratione consectetur, vel sunt bonæ, vel malæ. Sequitur igitur ratione Legis Naturalis nullam esse actionem in medio relictam; sed vel prohibita est vel præcepta, quatenus vel bona fuerit, vel minus. Tamen, si vel maxime concederemus ejusmodi existere leges permissivas, certe hac stante hypothesi, nil quicquam adversi inde metuendum. Nam si quæ unquam est Lex præceptiva, utique hæc de nostra defensione talis erit. Quodcumque enim sumamus principium J. N., vel illud ita dictum, pium naturale, vel commoditatis fundamentum, immediate inde fluet præceptio de nostra tutela. Ponamus hanc obligationem susque deque haberi, quid inde sequatur, nemo non e longinquo quoque videre potest. Alter quisquis senserit, non magis finem illum primarium gloriam Dei, quam secundarium nostri perfectionem obtinebit.

§. X.

Hinc igitur patet, quam mā' illi juri suo consultum eunt, qui omnem operam scrupulose in id conferunt,

ut ex S. oraculis violentam defensionem infringant, eamque homini Christiano indignam & illicitam comprobent. Per §. IX. constat vindictam odio & iracundia carentem, atque ob conservationem suscepitam non esse J. N. contrariam. Hoc si verum, ut est verissimum, quin etiam L. positivæ Divinæ conveniat, quis dubitare possit? agnoscit enim L. N. eundem Deum, quem ipsa positiva Lex, auctorem, radicesque suas habet fundatas in ipsa essentia Divina, ut cum hac plane necessaria sit, eademque immutabilis. Esset igitur contradictionis Deus arguendus, si eandem mutare vell. Quam impossibile autem, ut Ens perfectissimum contradictoria velit, & quæ ex immutabili sua sanctitate profluunt mutare possit, tam absurdum est etiam, statuere velle Deum quicquam contrariis Legibus suis naturalibus præcepisse.

(*) Essent quidem oracula ista sacra, quæ ex S. pandectis in contrarium passim proferri solent, iam examinanda. Sed cum horum locorum disquisitio, neque nostri instituti sit, nec ingenii, labore isto supersedemus, atque remittimus lectorum ad commendationes summorum virorum, Lutheri, &c. qui otium nobis hac in re fecerunt. Id dicimus, quod, adhibita opera licet, non solum non impugnat sententiam nostram hæc loca; sed etiam vim nostræ propositioni concilient. Unicum solum adducamus, dictum, i Joh. 3: 1. ubi animam jubemur ponere pro fratre. Ibi sive pericula & graviora quæcumque in aliorum gratiam subire nobis injungatur, ut Grotio

pla-

placēt, sive temporalis vitæ profusionem pro fratribus
æternā salute non detrectare jubeamur, seu ut eundem a damnatione æterna eripiamus, mens sit Apostoli: in neutro casu nobis repugnabit Textus sententia illius, ut infra videbimus. scilicet, si in eostatu, ea relatione constitutus fuerit alter, ut nullo suo periculo, & qvod magis est, publico bono mori possit, qvin ingentis animi mortis consilium capere possit, non nego; alias præceptum ægre locum habere potest, cum nullibi reperiatur præceptum, ut diligamus magis, qvam nosmet ipsos, proximum, licet juxta nos id fieri debere præcipiat Lex ipsa Divina. Qui ad Christi exemplum provocant, qvi mortem pro nobis passus est, cujusque facta strictissimarum legum instar, apud Christianum valere debent: pio qvidem consilio hi pulcherrima urgentur: qvi adtenderit ad liberrimam Christi potentiam vitæ amittendæ, & iterum recipiendæ, ad opus redemtionis illius, ejusque pro capitali noxa nostra vadi monium, videbit frivolum esse exemplum Christi in omnibus vitæ normam sibi proponere. In quem igitur optime quadrare censendum est ~~τολυσπύρηνον~~ illud: Duo cum faciunt idem, non est idem. cum ~~αντι~~ ψυχων humanam, ut Christi innocentiam & virtutem æqvæt, ne fanatico qvidem somnio & fastidio asse-
qvi qvisquam possit.

§. XI.

Pertinet ad hunc locum, ut sub incudem revocemus Grotii de patientia tententiam. Fal lit autem falliturque non leviter vir summus, eruditio nis

nis civilis alias Pater & instaurator, cum in Juris belli & pacis opere suo afferit Christum esse majoris patientiae Magistrum, Eum a Christianis in N. F. exactiorum patientiam exigere, ac in V. F. a populo suo eam voluerit Deus. Sapit Grotii paradoxologia ista non obscure Socinianismum, id quod cuivis, qui de Socini erroribus, quidquam noverit, non incognitum esse potest. Et licet in hac hypothesi aliis atque aliis locis Grotius sibi sit dissimilis, nec semper idem doceat, in eo tamen ubique constans est, quod statuat salvatorem leges antiquas, h. e. legem moralem altius elevasse, legique Sinaiticæ, quasi quoddam complementum perfectionis addidisse. Atque ex hoc capite est, quod de patientia existimet, eandem ad novum & perfectius illud, ut vocat, Evangelicum jus omnino pertinere, illam inquam juris speciem, quæ majorem sanctimoniam præcipiat, atque innocentiam, quam Lex moralis, perfectiorum, id est, numeris omnibus absolutam exigat. Sed corruente fundamento, corruet quoque ipsum in id nitens assertum. Locent enim in scholis suis Theologi omnes teare, firmisque argumentis evincunt, nullam ne minimam quidem novitatem quoad essentialia Doctrinæ vel legi superinduxisse Filium Dei; licet non inviti largiantur quoad accidentalia, abrogationem, puta, pietatis ceremonialis, clariora multa substituisse & redintegrasse; præterim cum in N. F. cedere exhibeantur in ipso corpore, quæ in V. T. non

non nisi per typos & umbras prænotata fuere.
 Et si qvid video, fuisse ejusmodi nova legis-
 latio absqve omni ratione sufficienti etiam. Nam
 qvicqvid virtutis vel vitii, honesti vel turpitudi-
 nis fingi aut esse potest, illud ad decalogum o-
 mne legemque moralem referri potest. Quid?
 qvod ipse Christus contradictorius sibi fuisse,
 cum ipse tot præstantissimis elogiis perfectionem
 legis moralis celebrarit, adeo ut anathema o-
 mnem judicaverit, qvi huic legi, perfectissimo
 sanctitatis Divinæ exemplari qvicqvam addere
 vel detrahere sustineret.

Qvod vero attinet ipsa argumenta, qvi-
 bus probare nititur officia hominis circa
 patientiam injuriarum in majori gradu &
 latitudine præcipi Christianis qvam Hebræis,
 præcipuum opinioni suæ robur & fulcrum pe-
 tere videtur ex Matth. V. 39. ubi, suo de injuriis
 perferendis, præcepto, Salvator legem *Talio-*
nis vetustam correxit, vel sublatum ivit. Hoc
 verum, qvod ad regulam istam, observamus:
 manifestum qvidem esse Servatorem hocce suum
 præceptum opponere isti legi. Ast quo consilio?
 Constat ex Exod. XIII. legem talionis fuisse fo-
 rensem seu civilem in justa illa, exacta & rigida
 Dei politia, optimo consilio fundatam; nec minus
 ex historia Biblica apparet Pharisæos, in maxi-
 mum morum detrimentum, confusisse illam cum
 lege moralis, eamque tanquam morum regulam
 in scholis suis venditasse. Christus igitur distin-
 guit

guit inter legem civilem & moralem, docetqve
 hanc esse veram morum jurisqve N. regulam,
 ut habeamus animum a vindictæ cupidine alienum, licet ob malitiam, in populo refractario ac-
 quisitionis suæ cœrcendam, ne qvid de ceteris
 rationibus politicis dicam, jus vindictæ idem Deus
 obtinere voluerit. Commendat Deus vitæ inno-
 centiam & patientiam, sed ita, ut non omnem vin-
 dictam statim e medio sublatum ire voluerit. Li-
 quet enim ex Lutheri aliorumqve interpretatio-
 nibus, quemadmodum idem infra ostenturi sumus,
 vindictam injuriarum illatarum, salvo hoc Chri-
 sti mandato, committi posse magistratui; a quo
 exerceri, absqve omni personæ odio, & potest
 & debet ob salutis publicæ curam illi injunctam;
 dummodo judicialis ista persecutio non fiat tur-
 bido mentis affectu qvodam, quo non exigua
 pars hominum, ad modum ferarum, de eo saltim
 solliciti esse solent, qvomodo mordentem remor-
 deant, & nocentibus, mutuae retributionis rigore,
 vicissim noceant. Hisce ad animum non obiter
 vocatis, facile appareat majora in N. T. non es-
 se motiva, ratione sc. exempli Christi, ad patien-
 tiam exercendam, licet id largiatur Beckmannus
 in sua paraphrasi operis Grotianij. Tum enim
 haberet, qvod vellet Grotius; cum crescentibus,
 cessantibus & existentibus novis motivis, crescat,
 cesseret & progignatur nova qvoqve obligatio.

§. XII.

Sed redeamus iterum ad institutum nostrum. Quemadmodum propositiones IX. & X. generaliter conceptæ in specialibus limitationem, ut infra videbimus, quandoque patiuntur; sic quoque jus hoc nosmet tuendi, ratione diversorum statuum, Natural. nimirum & Civilis, variat. In statu ergo Naturali, ubi sui juris est bono, licet invase, salva patientia propriis viribus obligare, b. e. adigere & eo redigere laudentem, ne sibi noceat; atque si damnum jam sit illatum, ejusdem reparationem exigere. Status naturalis est illa hominum conditio, qua in dirigendis suis actionibus independentes ab aliorum arbitrio sunt. In hoc ergo statu homines sunt sui juris, nec ullius, praeterquam Dei O. M. imperio obnoxii; & per consequens æquum nulli actionum suarum rationem reddere tenentur, sed cuique licet suum jus connatum perseQUI, propriumque sequi in actionibus judicium, ad voluntatem tamen Divinam & rectam rationem relatum. Jam vero si quis alterum laedit in hoc statu, cum, cum nulla sit ratio neque obligatio innocentis læso ut injurias quaslibet devoret, damnumque perpetiatur, sed potius & lege positiva & naturali (§. §. IX.X.) obligatus sit ad sui conservationem, seu ad finem creationis suæ, remanet ipsi quoque jus competere ad media huic fini convenientia adhibenda; hæc vero cum alia non esse possint, quam quæ molestiam & tedium in laudente excitare queunt, quæ-

que dicuntur *mala*: iterum constat invaso jus esse malis, ceu machinis, invasorem eo adigendi, ut a damno inferendo modo deficat, modo etiam datum reparet. Atque hoc quidem, vi allatorum, per proprias vires & secundum proprium judicium.

§. XIII.

*A*st in statu Civili, ubi haec naturalis libertas restricta est, jusque illud vindicativum competit Principi ex pacto, crimen esset laeze maiestatis, summumque impatientiae signum, injurias vindicare velle. Cum homines ob intolerabiles prorsus status naturalis incommoditates in statum civilem transierunt: insimul in Principem imperium summum transtulerunt, h. e. illi potestatem concesserunt, ut pro arbitrio, suas, putta civium, actiones determinaret, omnes ab invasione injusta & violentia tutos praestaret, refractariosque puniendo in officio contineret. Est igitur hoc jus vindicativum ex juribus Principis majestaticis, & competit ipsi ex pacto; atque adeo ex jure perfecto ad eum ita pertinet, ut omnes alii ab exercitio & communione hujus juris merito excludantur. Consequens itaque est, quod, quisvis exercitium hujus juris sibi arrogare praeferat, causæ controversiae suæ arbitrium ipse sibi sumat, & de adversario vindictam suopte nutu expetat: is ipse Principis majestatem violet. Suum adversus imperium Divinum impatientiam eundem palam prodere & ostentui dare quisque videt. igitur

(*) Igitur injurias, si reparari possint, in statu civili pati, quam earum reparationem proprio consilio exigere, atque ad earum vindictam procedere, satius est. Sed aliam prorsus esse rationem existimamus, si ita in præcipiti sint res nostræ, repentinaque vis ita ab alio intentetur, ut in fuga neque, neque magistratus ope salutis præsidium sperari possit; quin, cum expectatione auxilii magistratus, irreparabile damnum prope imminet, v. g. vitæ privatio, membra mutilatio, &c. tum quidem in media civitate obtinent jura status naturalis, adeo ut (§ XII.) licitum sit invalorem propriis propellere viribus, immo interficere, nisi aliter saluti nostræ consuli queat. Nam cum homines in imperium consenserunt civile, fecerunt id sub hypothesi majoris securitatis. Recte igitur præsumitur, eos hunc casum excepisse, ubi magistratus ope, supremuni in humanis bonum illud obtineri non possit, vel sua melius ipsi iura in suam salutem explicare possint. Ne de eo quid dicam, quod præstet, Principem, cui curæ cordique omnino plus esse debet unius innocentis salus, quam mille latronum, pati, ut de jure suo nonnihil daturatur, quam cum majestatis suæ gloria, tolerare pestem, & coniunctum cum eadem honorum civium & perinde reipublicæ exitium.

§. XIV.

Non tamen repugnat patientiæ, coram magistratu litigare, illiusque vindictae injurias committere. Nam licet per pactum (§. XIII.) exercitium juris vindicativi in Principem transtulerunt cives; non tamen ideo hocce factio quicquam continetur, quo ipsum

jus suum connatum, reparationem damni, securitatemque futuri postulandi, generi in universum (§ IX.) competens, amiserunt. Patet igitur licetam esse provocationem judicialem, qva, tanquam medio eoadigatur laedens, ut satisfactionem damni praestet, poenaque in sui aliorum:que emendationem, plectatur.

(*) Sane non solum aditus ad judicem licitus est, sed saepius etiam in civitate illicitum; immo injustum injurias condonare malle, quam magistratui earum vindictam relinquerere. In eum namque finem constituta sunt civitates & poenae civiles, ne facile injurias temet invicem afficerent mortales. Interest igitur reipublicæ, ut injuriae in aliorum malevolorum terrorem, publice vindicentur. Hinc ergo est, quod licet vel maxime *partes* convenient de injuriis invicem illatis impune preferendis, legibus tamen patribus nostris civilibus interdictum sit, *causas criminales*, ut vocantur, impune dimittere.

§. XV.

Studium vindictæ e diametro patientiae regulis contrariatur. Vindicta est actio, qva non tam sui defensio intenditur, quam potius voluptas ex passione dolorifica aliena. Obligamus ex L. N. ad amandos alios, & quidem amore, quo nosmet ipsos prosequi solemus; id quod tum maxime fit, si ex felicitate alterius, eandem voluptatem ac a propria, & per consequens eundem dolorem ab infelicitate alterius, quem a propria percipimus. Sed qui vindictæ studet, is voluptatem ex infelicitate captat, adeoque odio (vi def. odii.) adverlus alterum flagrat;

grat, Qvod cum legi naturali e diametro repugnet, seqvitur etiam vindictæ studium patientiæ esse inimicum.

(*) Hinc facile liquet qvam turpiter illi agant, qvi cum injurias acceperint, nec qvicqvam adversus eos efficere valeant, qvi eas intulerunt, tum tanq; ra- bidæ tigres, in innocentes eorum liberos, propinq;os & amicos, imo post mortem in eorum funera lævi- unt; Phalaridis in modum Danici illius CHRISTIERNII, qvi ST. STURE pro regem mortuum, infamiæ suæ, dum in vivis esset hostem, post potitum regnum Sveogothicum crudelissime tractavit, conjugem & propinq;os non uno genere mortis prostravit, aut certe destinavit,

Denique ex propositione præsenti cum præcedenti col- latâ, constat etiam, qvam impatientes sint & affectu- um suorum turpissimi servi, qvi ob levissimas, imo frivolas sâpe offensiones invicem semet ad duella, sin- gularesq;e concertationes provocant. E duellis, ceu feminibus, bella olim invaluisse, & sub larva ge- mina ista ambitionem & æmulationem, gloriae pri- mum, mox virtutis nomen induisse, nemo ignorat. Sed qvæ perperam assumta nomina, qvum conjuncta sint cum criminе utriusque læsæ majestatis, (§. XIV.) necessaria alterius partis internecione, aut saltem læsione, non possunt non spuria, supposititia, atq;e societati humanæ apprime noxia censer. Unde Re- ges recentioris ævi, eorumq;e salubritatem consilii jure meritoq;e deveneramur, qvod majorum vœcordi- am & proterviam istam legibus civilibus severissime interdixerint, & morum barbariem eandem in bara- thrum infamiæ iterum detrusum iverint.

§. XVI.

Sic quoque patientiae est inimicum procedere ad necem, mediaque adhibere duriora, cum lenioribus haberi possit defensio. Nam si ponamus defendanti duo suffpetere remedia, qvorum alterum mitius, alterum durius; utraqve sufficientia ad imminens periculum propulsandum, securitatemqve in posterum præstandum. In illo articulo, priori, si posterius præferret, idemqve adhiberet in allevamentum mali sui, qvis non videt, illum id agere imprimis, ut lœviat? Prodit non obscure semet animus vindictæ cupidus, idemqve infamiae ex servitute, qva indignior concipi non potest aliqua, qvam ex virtute, nominis appetentior; qvod qvam patientiae repugnet institutum, ex parag. præced. patet.

Efficit infirmitas humana, ut, cum ex improviso graviori cuique periculo implicamur, plerumqve in eum mentis statum, metu aliisque affectibus correpti, dilabamur, ut eodem impetu omni rationis usu prope defraudemur. Si in illo casu contingat defensorum extra limites defensionis egredi, nemo non consentiet una tecum, funesta illa conjectaria, ex duriori remedio aggressori subnata, non defensori, sed aggressori esse imputanda.

§. XVII.

Injurias leviores potius condonat, qvam vindicat patientia. Læsiones leviores vocamus eas, qvibus id, qvod alterius est, parum violatur. Ita qvi-

qvidem est, ut in relatione ad J. Naturale *co-*
gens, nemo magis obligatus sit ad perferendas
 injurias leviores, a sociis suis, quam majoris mo-
 menti damna. hoc tamen non obstat, qvin, re
 introrsum considerata, & ad patientiae regulas exacta,
 obligemur ad jus nostrum qvandoq; remittendum.
 Est enim patientia habitus, ob majus malum
 evitandum, adversa perferendi. Jam vero, si quis
 circa injurias leviores jus suum perseQUI vellet;
 quis non videt graviorum incommodorum hinc
 enascentium phalangem mox objici. Sane non
 absimilis erit, in fabulis *caro* talis stultitia ho-
 minis, (a) qui cum levem qvendam punctum
 volucris parvulae, puta muscae, vindicare vellet,
 gravem sibi ipsi alapam infligit, irrisio neque
 muscae, mortis pericula evolutae mox incurrit. Ex
 injuriis enim levissimis in illum modum vindica-
 tis, tacillime fieri potest, ut tanquam crudelis a-
 liorum odium in se excitet, qui suum sequti
 degenerem animi statum forte non intermittent,
 ansa semet commodum præbente, eodem, quo i-
 pse, iure aduersus ipsum retributionis uti. Et
 in statu Civili, ubi caussa judici committenda,
 qvæ non onera cum actione forensi connexa
 sunt? ubi etiam facile judicis reprehensionem,
 tanquam amoris & juris interni immemor, in-
 currere potest. Seqvitur ergo nosmet per pa-
 tientiam obligari ad injurias leviores perferendas
 potius quam vindicandas.

(a) *Praed. Fab. L. V. F. II.*

§. XVIII.

§. XVIII.

Porro, si injuriarum, etiam graviorum propulsatio maiorem laedenti incommoditatem inferat, quam defensenti afferre possint non vindicatae, magnanimae virtutis erit, patientia earundem quoque defungi. Scilicet adfuit in praesenti casu duo mala, majus & minus, quorum alterutrum ad existentiam deducendum est. quum vero malum minus, (§. III.) sit bonum comparativum ratione mali majoris, patientiae quoque sit habitus mala ob majus malum declinandum, preferendi, patet non e longinquo, quæ species mali ex illo gemino malorum genere præferenda, quæ, præ aliis, incommoda per patientiam exantlare conveniens sit.

Videtur hoc repugnare paragraphe 8:væ asserto, ubi diximus officia erga nosmet ipsos, in collisione cum officiis erga alios, prærogativam habere. At observandum. Possunt in homine concipi multæ perfectiones, ratione nimirum vitæ, animæ & corporis; illæ, quæ iterum in humiliores alias, certe simpliores resolvi queunt. Haec omnes non ejusdem sunt necessitatis & bonitatis, sed inter se subordinantur. Jam si colliduntur perfectiones æquales in nobis & aliis, atque æqualia assint utriusque parti mala & pericula, tum quidem ita est, ut officia erga nosmet ipsos, in collisione vincant officia aliis debita. E. g. si periculum vitæ ab alio nobis immineat, atque damnum vitæ æquipollens, ut pudicitia violenta correptio, intentetur, tum quidem quidvis ad propulsandum damnum experiri licet; Sicuti & semper

per observari possint etiam officia erga nosmet ipsos, si remediis proportionatis, vel æquali malo, aut minori retorqueri possit damnum inferendum, seu illatum. Sed alia est ratio, si de inæqualibus malis sermo fuerit, perfectionesque inæquales invasoris & invasi collidantur, e. g. rerum in invaso fluxarum & externarum, itemque virtutæ perfectionum in invasore, cum utique valent, quæ de finibus rerum, earumque subordinatione, indeque resultante earundem moralitate dicta sunt, (in not. §. IV.) Oligamur enim L. N. ad aliorum, etiam malorum & inimicorum amorem, adeo quidem, ut hic amor juxta legem positivam Divinam, æquipollere debeat amori nostri ipsorum. Esset igitur huic amori & finibus rerum contrarium, imo inhumanum, si quis levem quamcunque lassionem, aut reparandam nullo negotio bonorum jacturam, imprimis si pro certo sciat invalorem ulterius non progressurum, vellet cum cæde ipsius effugere. Atque hinc est, quod ratione non repugnet, ut existimat Grotius, etiam animam ponere pro fratre secundum dictum i. Joh. 3.

§. XIX.

Sic demum devolvimur ad tertii generis mala, ita dicta *tristia*, quæ licet à nemine nobis directe infliguntur, ipsimet tamen eadem ob majorem, quæ inde speratur, socialitatis perfectionem, subire & perpeti modo, modo declinare obligamur. Si igitur quis ita ad incitas redactus fuerit, ut nulla alia suppetat vitae consulendi ratio, quam ut arripiat bona aliorum; existimamus patientiam non eo usque esse

exigendam, ut potius mortem appetat, quam ad alienum
viulet. Qvisque videt in praesenti casu duas iterum L. L. Naturales invicem collidi. Aut enim illa lex migranda, quae nostri conservationem urget, aut illa negligenda, qua suum cuique tribuere obligamur. Cum vero in comparatione legum, ea, quae majus malum prohibet, nobilitate praestet illi, quae minus, atque per (§. IV.) in collisione duarum legum obligemur ad instituendam exceptionem a lege minus bonum injungente; quin in casu necessitatis omnino *conservationis legi* satisfacere teneamur cum ablatione bonorum alterius, in casu dato mihi omnino, non perinde ipsi necessariorum: nullum de facultate agendi remanet dubium. Qvod autem abreptio bonorum alterius hoc casu sit minus malum, res adeo clara est, ut operosa non indigeat demonstratione. Finis enim rerum & bonorum divinitus nobis concessionum est salus hominum; quem scopum cum dominii & proprietatis rerum institutione intendat, nisi dicere velimus in fraudem socialitatis esse eadem introducta, qvid ex premisis ipsis concludendum veniat, non e longinquso apparet. Ut taceamus, praefulposita conditione illa, proprie neque furtum committi. Non enim id agitur, ut lex Divina usqve deinceps habeatur, nec ut alteri desit: sed mutuo accipit quasi, ut cum commodum fuerit iterum restituat, Quid? qvod bona recuperari, damna reparari, vita au-

tem semel amissa nunquam restitui aut recipi potest.

Sunt qui hanc veritatem ex sola necessitate ejusque natura deducunt, eidemque, quia tali, eam vim ac favorem competere ajunt, ut omnibus in incoluntatis discrimen conjectis potestas sit concessa leges sine discriminione omnes transgredi, quodvisque peccatum & flagitium committere, ut lex solum de vita tutela conservetur. Sed misere hi falluntur; vi enim eorum, quae de collisione legum initio dissertationis attulimus, patet, favorem necessitatis nunquam obtinere, nisi illa Lex, quae vita conservationem exigit, deprehendatur, objecti nobilitate, alteri cum hac pugnanti praestare. Est enim in favore necessitatis, vi definitionis, collisio legum naturalium, adeoque secundum § IV. fieri debet exceptio. Seqvitur igitur, quod si haec de vita conservatione collidatur cum præstantiori lege, tum evanescere omnem ejus vim, atque adeo favorem etiam necessitatis.

Quemadmodum jus & obligatio sunt correlata, sic ex propositione hac & precedente tanquam corollarium quoddam deduci potest: alterum obligari ad perferendum æquo animo bonorum suorum ablacionem, ut eo liberet alium quendam a vita periculo. Potest tamen postmodum damni reparationem querere; licet in ejusmodi casibus ab utraque parte pulcherrimum sit liberalitatis, non parsimoniae certamen. Dificilioris dijudicationis est quaestio: utrum licita sit, cum nece tertii interpositi, defensio? circumstantie hanc rem infinite variant, adeo-

que ex iis dependet, quid ratione allatorum sit
djudicandum.

§. XX.

Nulla autem incolumentis humanæ necessitas tam præceps est, ut contra officia erga DEUM O. M. valeat, cuius nominis gloriae, cum cedere nostra debeat, remanet, quod si quae incident, quae contemtum & abnegationem Numinis involvant, ad avertendum illa, gravissimorum tormentorum perpeccione quoque obligati simus. Constat ex Metaphysicis, Deum creatione hujus universi intendisse tuam gloriam; huncque finem, quatenus relationem habet ad ipsum, ceu BONUM absolute summum, esse omnium possibilium præstantissimum, adeoque quod eum omnium maxime velit Deus. Neque minus ex Theolog. Nat. patet, totum hoc universum, omniaque, quæ eo continentur, subesse Dei imperio & dominio illimitato, vi cuius homines non possunt ipsimet disponere de suis actionibus, sed ratione dependentiae determinare eas debent ad voluntatem Divinam. Qum vero Deus, per ostensa modo, finem manifestacionis realitatum suarum ante omnia velit, sequitur quoque, quod hunc finem tanquam ultimum & maximum in oculis habeat, & ante omnia querere hominem oporteat; adeo ut si vel maxime hoc non obtineri possit, nisi cum utilitatis & perfectio-
nis privatæ dispendio, imo totius generis humani instantanea ruina & interitu, nulli tamen (§. IV. & not.) exceptioni locus sit admittendus.

Pon-

(*) Pondus huic obligationi addet intimior consideratio perfectionis nostræ. Perfectio enim humana atque gloria Divina tam arcto nexu cohaerent, ut neutra ab altera separari possit. Adeo ut si alterutram quæras, simul & alteram quæsisse, necessaria sit omnino. Si igitur ob Dei gloriam quisquam mortem patiatur, tantum abest, ut pro destructivâ haberi possit illa passio, aut imperfectio dici, ut patiens idem potius supremam perfectionem attigisse sit dicendus; cum qui in Dotino obdormiunt, perfectionis gradum, quo major non datur aliquis, attingant; & quæ ita comparata fuerit mors, longe præstet vitæ, cum Dei offensione (utpote origine omnis in perfectionis nostræ) servatæ. Sunt inseparabiles ab essentia Divina realitates, *bonitas & justitia*, vi quarum perfectionum non potest Deus actiones nostras liberas linquere pro eorum indole, irremuneratas, aut impunitas. Hoc probe expenderunt in prima ecclesia sancti martyres, qui gloriæ sibi duxerunt, (ut in eorum immortalem laudem loquuntur ævi illius martyrologia,) exquisitissima, pro fide evangelica tormentorum genera pati, imo truculentissimam mortem experiri potius, quam a veritate cœl sti ejusque aperta confessione discedere. Existimat quidem Hobbesius in suo Leviath. Cap. XLII. de pot. eccles. hanc eorum pertinaciam & invictum animi robur illicitum atque injustum fuisse, quatenus contrariaretur mandato principium. Ast eo minus dicendi sunt crimen læse majestatis commississe, quo certius constat, nunquam tale jus majestaticum concipi posse, quo principi potestas sit se se supra Deum effrendi, ejusque legi sanctissimæ contraria præcipiendi. Custos enim ac mini-

minister legis est princeps, non dominus. Potius ergo contra summam majestatem Divinam peccassent, si apostasiam fecissent, magisque obtemperassent principi, imbecillo & misero homini, quam Regi regum & Domino dominorum. Atque hinc est, quod Christianis illis militibus **JULLIANI** Apostatae meritissima constet laus, de quibus in hunc modum Augustinus: **JULLIANUS** exstitit infidelis Imperator; nonne exstitit Apostata infidelis? Idololatrae milites Christiani servierunt Imperatori infideli. Ilbi veniebatur ad caussam Christi, non agnoscabant nisi illum qui in celis erat. Quando volebat, ut idola colerent, ut thurificarent, praeponebant illi verum Deum, Quando a. dicebat, producite aciem, ite contra illam gentem, statim obtemperabant. Distinguebant Dominum aeternum a domino temporali; & tamen subditi erant propter Dominum aeternum, etiam domino temporali.

§. XXI.

PRAECLARISSIMUM quoque est facinus, cum patrine salutem bonumque publicum id requirat, vitam & bona profundere. Habet haec obligatio tam extra, quam intra societatem civilem locum. Est enim inter totum genus humanum societas quædam, universalis atque naturalis conjunctio. Scilicet habent omnes homines id commune & tanquam bonum quoddam publicum, (ut gloriam Divinam, aliorum commoda, felicitatemque communem invicem promoveant,) sibi præfixum; ad quem utrumque finem omnes eorum actiones tendere debent atque conatus. Potest igitur, & debet totum humanum genus considerari tanquam persona quædam moralis,

lis, atque singuli homines velut ejus partes. Qvam obrem, cum totum sit majus sua parte, per se patet, totam personam perfectionemque totalem pluris aestimandam esse, qvam qvandam ejus partem perfectionemque partialiem; adeoqve, qvod in collisione perfectionis totius & partis, qvisqve per (§. IV) & patientiae regulas, obligetur ad exceptionem instituendam a perfectione partiali & bono privato; & conseqventer ad profusionem faciendam bonorum, imo vitæ quoqve, ut salus humani generis sarta atque tecta maneat.

Adhuc fortior hæc obligatio in statu civili incumbit, qvippe in quo socii ad eandem regulam sancte servandam pactio lese obstrinxerunt. Discesserunt a societate universalis; & in particularem seu civilem coierunt mortales. Qvamqvm autem facto eodem, omnium in individuo felicitatem olim intenderint, & hodie intendant, tamen *bonum publicum* tanqvm supremam actionum suarum legem mutuo consensu constituerunt. Seqvitur igitur, socios in civitate vi pacti obligari ad præponendam utilitatem publicam privatæ, iure perfecto, adeoqve, qvod cogi possint etiam inviti ad satisfaciendum officio.

[Hinc patet, qvam nil magnanimitatis, nedum heroicæ virtutis reperiatur in eorum factis, qui, cum periclitetur patria, multorumque millium hominum salus, iis redimendis lese subducunt, & a vita bonorumque jactura omni penitus abhorrent. In quo nostrum seculum a majorum sanctitate immane qvantum

cum degenerasse videtur. Neque enim nostrum est, qui nesciat quisquam, cum publicæ rei utilissimæ promulgantur leges, privatæ cujuslibet commoditati & luxuriæ non velificantes, quam misere plebeji ingenii civium animi illico indignari vulgo soleant. Quam quæso! acerbam vitam suam esse clamitant? quantæ iniquitatem non leges accusant? Quam grave ducunt etiam cum minimo fortunarum dispendio suarum, publicæ saluti subvenire? cum tamen existimet Cicero: nihil esse, quod cuiquam majori fructui gloriaeque esse possit, nec quicquam, ex omnibus rebus humanis esse praeclarius & præstantius, quam de republica bene mereri. Et Lactanius: Abominandi sunt omnes, qui propriam eantum utilitatem captant, contemnis ceteris tanquam sibi soli nati, non item innumeris aliis, patri, matri, liberis, humano generi. L. II. C. XXXII.

§. XXII.

Breviter sic expositis generalioribus, quibus homini, quanta, per patientiam defungi liceat, ad specialiora descendamus. Et quidem primo dispiciamus, quid ratione principis sustinere & a quibus non inuste abstinere queant subditi. Existimamus ergo quemque principis sui salutem non solum optare debere, verum etiam revera eandem quaerere; adeo ut si in vitae periculo constitutus ille fuerit: ut inde eripiatur, subditum obligatum esse etiam ad vitam exponendam, si principis incolumentas aliter salva non esse possit. Obligatur quisque vi (§. XXI) perfecte ad profundendam vitam pro patriæ salute. Ast tamen arcte connexa sunt princeps & respublica, ut separari non possint utrorumque commoda.

Nec

Nec quicquam in alterutrum redundare potest mali, qvod non alter sentiat, eumqve gravet. Sequitur igitur , si pulcrum est pro patria mori, idem etiam valere debere de Principe.

(*) Existimaverim neminem esse , qui dubitare possit de veritate minoris propositionis in præsenti syllogismo , qvod sc. reipublicæ salus in principis incolumitate vertatur. Qvis enim est rerum gestarum tam ignarus , qui nesciat cruentissima bella saepe ob successionem , in imperiis , gesta fuisse , funestissimasque mutationes , & gentium subactiones inde exstissee , qvod aut nullus , aut in incerto fuerit legitimus solii regii successor. Sane sicut navis , qvæ sine gubernatore inter cœlum tonantem & irruentes undique procellas , in vastissimo mari hinc atque illinc jactatur , extremam ruinam exspectat: ita civitati capite orbatae , unde reliquis membris omnis vis atque robur , nonnisi mera spes salutis superest , ratione aliorum principum insana libidine regnandi correptorum ; qui dato signo ad diripienda ea , qvæ illorum non sunt , quasi ad prædam illico concurrere solent. Qvis enim est , qui inter ista ambigua & suspecta , prudentia qvâ oportet , virtuteque libertatem defendat ? Et licet vel maxime res feliciter geri contra arma externa possint , tamen non ideo omnis tranquillitas obtenta est. Quoties enim non accidit , ut inter magnates & ipsos cives orti sint dissensus & lites de hoc vel illo subjecto ad regiam dignitatem evrehendo ; unde iterum accensa sunt saepissime interna & civilia bella cum præsentissimo reipublicæ periculo conjuncta. Qvisque videt hæc o-

mnium temporum experientiae atque historiarum esse conformia. Patet igitur propositionis veritas.

§. XXIII.

Nec obligatio haec vim amittit, licet vel maxime quemquam civium injuste invadat Princeps, mortem que ipsi intentet, in quo casu necem potius patiatur invasus, quam Majestatis sanctitatem violet, regicidiique criminis reus fiat. Ad hanc veritatem rite dijudicandam ere est, ut attendamus ad originem rerum publicarum. Concipiunt Philosophi ad constitutandam civitatem duo, si non semper explicita, tamen tacita pacta: pactum sc. Unionis, quo cives a societate universali in particularem coeuntes publicam salutem promovendam tanquam supremam actionum suarum legem (§ XXI.) constituerunt, & subjectionis, quo statum independentiae cum subjectionis & dependentiae, iidem mutarunt; atque in personam quendam physicam vel moralem transtulerunt potestatem pro iubitu determinandi actiones suas, cui ex adverso personae, puta Principis, illa aduersi censenda est obligatio, ut oporteat eum promovere omnium ac singulorum felicitatem, praecipue vero illud, quod omnem in se charitatem complectitur, omnium salutem, utpote bonum publicum. Nititur ergo potestas principum, & obligatio subditorum erga principem, pacto. Jam quidem ea est pacti natura, ut cessantibus conditionibus, quibus superstructum est pactum, cesset quoque ipsum pactum ejusque vis.

vis. Qvamobrem si aliquem iniuste invadat princeps, videtur ille quidem pactum a sua parte violasse, imo eo ipso etiam principem esse desinere; qvo casu seqvi velle videtur, qvod adversus eum liceat innocentia, qvod in quemlibet privatum hominem pro non illicito haberi solet. Sed observamus, qvod licet Princeps unius vel alterius privati felicitati officiat, non tamen ideo totum pactum, sed exigua & exili parte sua solum violasse dicendus sit, si ceteroquin rei communis studiosus fuerit, publicamque salutem, in qvo præcipue ejus obligatio pactumque consistit, pro virili querere non intermittat. Et licet vel maxime concedamus. totum pactum inter civem invatum & Principem esse irritum, tamen non ideo hinc inferri potest, sangvinolentam defensionem, contra personam, quam ille gerit, licitam esse. Obstat enim pactum illud unionis, & obligatio, qva quisque civis tenetur erga civitatem; vi cuius obstrictus est ad mortem potius oppetendam (§. XXII.), quam ut principis personam violent, in qvo integro & incolumi omnis reipublicæ sita est felicitas.

(*) Nemini, qui vel primoribus labiis scientiam moralem degustaverit, potest esse ignotum, quam haec quæstio inter eruditos omni tempore substituerit pomum Eridos, quantaque discepantia inter auctores reperiatur; adeo ut nemo fere in omnibus sit alterius similis, Alii enim ex diverso Principis animo

& proposito diversa statuunt. Alii iterum ex diversa regiminis forma, imperiorumque vario ortu propositionem aut affirmant aut negant. Herculeus esset labor omnes afferre auctorum sententias, eorumque lites dirimere. Verbo saltem, alias sine fine dicenda comprehendenderemus. Cum in omni civitate detur publica salus, Principisque & reipublicæ commoda arctissime connexa sint, sed ita tamen, ut singulorum salus civium Principi & reipublicæ subordinetur, seqvi illud omnino velle videtur, quod sicut privata salus nunquam reipublicæ, ita neque Principis antiquior esse debeat, & per consequens personam ejus semper esse debere sanctam & inviolabilem. Hinc non satis laudari potest familiare pietatis exemplum, quod, summo reipublicæ loco natus NICOLAIUS STURE, nobis suis civibus saluberrimum reliquit. Idem cum innocens a suspicace & meticulo Principe ERICO XIV. graviter fauciatus esset pugione, adeo non iram aut indignationem versus regem concepit, ut tolerantia incredibili pugionem e pectore potius extraxerit, osculoque tactum Regi reddiderit; pietatis in principem immobilis suæ, pariterque innocentiae documento maximo.

¶. XXIV.

Difficilior est quæstio, quid adversus tyrannum, patientiae conveniens sit censendum. Vocabulum tyranni olim in bonar: partem sumtum, apud hodiernos philosophos summæ impietatis significationem habet, duplaremque subit considerationem; Dicitur enim tyrannus titulo vel exercitio talis. Tyrannus titulo audit, qui summam potestatem

tem illicite & injuste sine illorum, qvorum interest, auctoritate in aliquem populum affectat & arripit. *Tyrannus exercitio*, qvi qvidem legitime Imperans factus, bonum publicum negligit & evertit, omniaqve in civitate in impotentissimam damnationem adornat. Non obligata est civitas ad perferendum Tyrannum titulo talem, sed potest eundem expellere, libertatemqve cum excidio illius defendere. Conatur enim tyrannus titulo qvisque agere contra jus perfectum populi, qvem subjugare vult, adeoqve lädere; qvin, si civitatem sub potestatem suam redegit, eo ipso perfecte magis lässle, causamqve belli justificam dedisse censendus est. Cum igitur (§. IX.) ex lege naturæ obligemur ad conservandos nos ipsos, nullaqve sit ratio populo lælo, cur invictoris vim & injustitiam toleret; seqvitur, qvod idem liceat in eum, ac in hostem quemvis professum; adeoqve, qvod a qvovis obvio, si aliter detendi non possit jus nostrum (§. cit.) aboleri queat,

§. XXV.

Quin neque ratio suppetit, qvin idem de tyranno exercitio tali, ob easdem rationes, statuere liceat. Obligatur princeps vi pacti (§. XXIII.) ad qværendam publicam salutem. Qui pactum violat, alterum compacifcentem perfecte lädit. Tyrannus exercitio (per def.) fœdus cum civitate perecsum contemnit, universamqve rempublicam pensundat, adeoqve civitatem perfecte lädit. Qvamobrem,

obrem, si iterum atque iterum monitus, aliisque
remediis lenioribus adhibitis, ad meliorem frugem
redire nolit, sequitur, quod in illo casu neque ci-
vitati potestas (§. IX.) resistendi, jugum excu-
tiendi, atque oblata occasione in statum libertatis
pristinæ fere restituendi, derogari queat; præter-
tum cum non ob sit pactum illud unionis (§. XXIII.)
neque forte periculum subsit, ut sublatu illo, in
majus damnum (§. XXII.) respublika incurra.
Vindicatæ versus *SCHACK NADIRUM*, titulo &
exercitio tyrannum, libertatis patriæ, nuperri-
mum exemplum Persarum, oculis omnium al-
tum magis infixum haeret, quam ut pluribus
ad adstruendum jus civitatis hoc ipsum, insistere
opus sit.

(*) Sed caveat sibi quisque privatus, ne ex proprio
ausu & temeritate tyrannicidium committat. id quis-
quis ausus fuerit, æque peccasse dicendus est, atque
ille, qui suopte nutu & instinctu publicam perturbare
tranquillitatem nil pensi habuerit. Alia est ratio, si
ab universo populo declaratus fuerit hostis & invasor
communis, tum heroicum facinus suscipit, quisquis
dissolvens rempublicam grande nefas sublatum iverit.
Confugiunt quidam, qui tyrannicidium injustum
probare student, ad sacram & augustam Majestatis
originem a Deo repetendam, dicuntque sic jura ex-
eclsa Divina a nobis violatum iri. Sed perperam
hoc. Fatendum quidem est ingenue, majestatem, qua
splendent civitatum rectores a Deo omnis ordinis
& salutaris instituti caussa primâ esse derivandan:
Sed

Sed quæ non impedit, quo minus proxime ordo imperantium, ortus & generationis suæ specialis intuitu, a civibus, intercedente pacto, dependeat. In quem enim finem obsecro! voluit Deus & natura ut a statu naturali recederent imperiumque civile agnoscerent mortales? Numne ideo, ut incommoda status Nat. curularentur, vel ut majoris felicitatis participes fieremus? Credere fas est sane, Deum o. m., qui semper & ubique providentissimam humani generis curam agit, etiam hac in re felicitatem hominum revera intendisse, ipsumque ideo hoc jus in tyrannos nobis concessisse, ne facile imperio abutentes, atque a fine majestatis suoque officio discederent Principes. Validissimum argumentum, contra omnes objectiones, pro nobis est exemplum regis etctoo orbe maximi GUSTAVI I. qui a DEO missus communis Sviionum sospitator, invicta virtute sua, prudentiaque CHRISTIANUM II. foedo cognomine *tyrannum*, eundemque regni Sviogothici impotentem dominatorem solio regni deturbavit, savam ejus tyrannidem abrogavit, suoque tandem imperio, quasi de cœlo, Sviionibus libertatem retulit, quæ, sub exteris regibus, una cum ASTREA dea, visa cœlo recepta, certe terram & gentem nostram penitus destituisse credebatur. Qvis vero non laudat optimum maximi Principes facinus, ad quod patrandum, non eundem impulit aliqua imperandi libido, nec majestatis contemptus, sed ipsissima justitia, populariumque oppressorum extrema calamitas & miseria? Qvis factum tanquam refractarium & divinæ voluntati inimicum culpet, quod ipsum Numen

men tantos successus, tot clarissimas victorias largiendo, probavit?

Unum adhuc monebimus. Maxime cirea hanc propositionem adhibenda est cautio, ne pro tyrannide omnem imperii rigorem atque severitatem accipiamus, inque majestatem sic quidem peccantes, temere gravorem in nosmet vindictam divinam provocemus. Res admodum ardua est judicium ferre de justitia & actionibus principum, qvod nec quisquam, nisi arcanorum regni maxime gnarus, recte agere potest. Sunt enim haud raro reipublicæ circuitstantiam arcto atque angusto loco positæ, ut nisi jure suo eminente utatur Princeps, publica non ulla salus obtineri possit. In collisione vero utilitatis publicæ & privatæ, annon juste adhibet hoc jus, negligitque bonum cuiusdam privati, cum simul & semel utrumque bonum obtinere nequit? Sed hoc jure non accurate librato, quis nescit habitos fuisse multos Principes injuste tyrannos, qui minime tales fuere? Hujus tragicæ veritatis vivum exemplum iterum est *GUSTAVUS I.* qui cum libertatem restituisset, & ad eandem confirmandam pristino suo loco, pacis turbatorum manifestis aliis pœnas irrogaret, alios, qui opes regni uncis manibus ad se pertraxissent, ad praestandum, quo patria gravabatur, æs alienum adigeret (ne quid de ceteris salutaribus institutis illius memorem) pro hisce in imperio fortiter & præclare gestis, ab aliis atque aliis, & quidem præcipue hierarchicæ factionis primipilis non aliam mercedem retulit, quam ut elogium tyrannidis ipsi affingeretur. Magnifica versus tyrannos veterum effata eo magni nomi-

nominis viros, ævo illo , impulisse, ut in necem regis maximi conipirarent , res est notissima.

§. XXVI.

Exposita sic patientia subditorum , jam videntur , qvid publicis personis & imperantibus , siqvidem diverorum diversa est ratio , per patientiam liceat . Apprime igitur decet Principem , & dignus est certè omnibus imperare , qui sibi ita dominatur , ut laesus in summa potestate injurias pati potius , quam easdem vindicare velit . Etenim principum actiones non tam metiendæ sunt ex proprio & privato commodo , quam potius determinandæ ad bonum publicum , ad quod promovendum illi primario constituti sunt . Hoc ex principiis politicis constat , omniumque temporum historia comprobatum est , nihil magis reipublicæ prodesse , quam cum suos principes amore & benevolentia prosequantur subditi . Debet igitur Princeps parare sibi subditorum amorem . Hoc autem fieri nullo modo potest , vi legis appetitus , (qua nihil appetimus nisi sub ratione boni) quo minus id agat Princeps , ut ipse amet , maximeq; ostendat se perfectionem civium velle , voluptatemque ex eorum felicitate percipere ; ut recte canit poëta : *Si vis amari, ama.* Verum enim verò hic animi affectus tum in aprico ponitur , si quodam modo læsus , lenis sit atque clemens , & potius jus suum remittat , quam majestatis luæ splendorem cum cuiusdam civis excidio vel dolore tueatur ; vel , si ita fuerint circumstantiæ comparatae , ut crimen

læsæ majestatis, sine publicæ rei intermissione & detrimento condonari non possit; si delictum gravius puniendum erit: ostendat oportet non sine quadam molestia, certe animo abs ultioris libidine remoto, semet puniendi ius suum exercere; solatioqve sic quidem sublevet dolorem condemnati. Sic tandem delinqvens pœnæ horrorem ratione vincet, omnis populus clementiam Principis laudabit, ejusqve mansuetudini ferocissimus quisqve vietas manus dabit. Obligatur igitur Princeps ad injuriarum patientiam.

(*) Et sane in eo vertitur privatum Principis commodum. Sie enim Nepos in suo Dione: *nullum imperium tutum, nisi benevolentia munitum.* Hoc monumentum inexpugnabile omnino, hoc præsidium magis invictum facit Principem adversus armorum omnium tam internorum quam externorum violentiam, quam infidum ac lubricum omne, quicquid in speciem obsequii a civibus, intestino versus principem odio flagrantibus, præstatur. Et certe, qui ad summum jus omnia exigit, crudelis audit, & quodam modo injustus; habeturque pro eo, qui non tam bono publico studet, quam vindictæ, propriisqve affectionibus. quod sane multos a dignitate regia in extremam misericordiam præcipitavit. Est enim eò usque corrupta humana natura, ut eos oderunt, eosdem periisse etiam expetant homines.

§ XXVII.

Sed licet in suis privatis injuriis exorabilis sit Princeps, non tamen obligatur ad patiendum, quod cives inveni-

33

cem semet injuriis afficiant. Sed probe, juxta officium ip
delegatum proficiat, ut lex: de suo cuique tribuendo, inter
cives jugiter observetur, eumque in finem utatur jure suo
majestatico punitivo, poenam malignis infligat, ubiqueque
contra justitiam vel honestatem egerint. Etenim obli-
gatus est princeps perfecte ad promovendum bo-
num commune, & conseqyenter ad removendum
impedimenta, quae securitati & felicitati publicae
officiunt. At delicta & injuria (vi defin. del.)
sunt actiones, quibus tranquillitas & salus publica
turbatur. Neque enim laeso animus est facile ad
agendum pacem cum laidente, nisi restitutionem
prius invenerit. Si ergo Princeps veniam conce-
deret delinquentibus, idem esset, ac si potestatem
daret rempublicam turbandi. hoc autem cum sit
contra officium ejus, palam est, eum obligari ad
videndum, ut delicta coercantur, prospiciendum.
que ne facile cives delinquant, injuriisque invicem
affligant. Sed cum obligatio civilis, inter alia, sit
connexio malorum arbitrariorum, puta poenarum,
cum malis civium actionibus, iterum patet ipsum
jus habere ad rependum mala malis, poenarum-
que inflictionem.

(*) Neque enim minus Principem amabilem atque ve-
nerabilem reddet justitia, quam clementia. Quid enim est aliud justitia, quam sapientiae & bonitatis
temperamentum quoddam; quam clementiam non in-
juria quis insigniverit? Qvis est finis poenarum? non-
ne tendit ad defendendos bonos, corumque felici-
tatem

tatem conservandam? Et quid est benignitas atque clementia, nisi studium alios perficiendi? Ergo neque ipsi delinquentes de aliqua injuria pœnarum acerbiorum conqueri possunt, ubi de indole pœnarum ipsis innotuerit, earumque connexione cum gravi noxa, in qua pœnae haec atrociores sint fundatae; & consequenter, quod nec patrantibus, evitatu impossibilis sint censenda. Quid? quod nec clementis sit semper indulgere omnibus omnia, sed segnis & ignavi, quem induvssi velut comites sequuntur odium & contemnus. Egregie ergo Atheniensis quidam, qui audiens prædicari plurimum Agidius Spartani clementiam, interrogavit: *quomodo bonus esset, qui non repelleret malos?* Quantam porro reverentiam sibi acquirat justitia, id indicat Nepos, cum de Miltiade narrat, eum Chersonesi, post praeclare res gestas, fuisse dignitate regia, quamvis careres nomine, neque hoc magis imperio, quam justitia consecutus.

§. XXVIII.

EO jam deuentum est, ut ex proposito thema te prope nil restet, nisi ut agamus de patientia ministrorum ecclesiæ. Quemadmodum igitur ratione muneris præcipue expositi sunt malis, subjectumque patientiæ constituunt; sic nec desunt rationes quibus speci aliter tenentur illi ad exactiorem, præ aliis, patientiam exercendam. Duo haec propositio continet probanda. De priore, quod scil. per munus suum malis sint expositi, ministri ecclesiæ; hoc nemo facile inficiat ibit. In eo enim consistit ratio muneris & vocationis eorum, ut doceant ecclesiam doctrinam Christianam, scolam pietatis eidem aperiant & de-

derum adducant ad vitæ morumque integritatem. Sunt in societate ecclesiastica, probi & improbi, hæretici, aliique maligni. Pertinet igitur ad facerdotem officium objurgatorium & correctorium, vi cuius admonendi sunt mali & publice privatimque objurgandi, prout circumstantiae finisque emendationis postulaverint. Unde multa si ne ambage intelligi potest, quam imbecillitatis & pravitatis humanae vitio, ministro ecclesiæ facillimum sit in hominum odia, contumelias aliaque ærumnarum genera incidere. (*)

Posteriorius membrum, qvod sc. ecclesiæ minister teneatur ad exactiorem præ aliis patientiam exercendam, iterum ex fine muneric, qui tanquam norma consideranda est actionum ministrorum ecclesiæ, cognoscitur. Est enim munus eorum imbuere ecclesiam suam doctrina legis & euangelii, ad pietatem, morumque emendationem (memb.1.). Cum hoc munus ambiunt sacerdotes, insimul patto, ad minimum tacito, sese obstringunt, eodem officio ita fungi, ut quantum per infirmitatem humanam possibile sit, nihil intermittent, qvod ad finem muneric obtinendum facere possit; nam qui vult antecedens, etiam conseqvens velle censendus est. Ex principiis autem psychologicis cum ratio facile in promtu adsit, cur ideæ distinctæ & vividæ ad permovendum, singularemque sermoni vim conciliandam magis sint efficaces; quin & illud certum sit peræque, qvod ideæ eadem il-

læ tum communicari cum aliis optime possint, si, qvi docet, veritatum instillandarum intima experientia convictus, probet ipse suo exemplo, fieri posse, qvæ præcipiuntur: (**) hinc est, qvod, si doctrina ecclesiæ ministri abhorreat a vita ipsius, si doceat vitæ sanctitatem & innocentiam, ipse autem injuriis & rapinis incumbat, affectuumqve sit servus, non possint non auditores, ex præjudicio auctoratis ad eum imitandum rapi, seqve ad ejus exemplum componere. Qvæ enim sensibus nostris accommodata sunt, ea, qvam qvæ in altum magis elevata sunt, facilius arripimus. Et qvis nostrum est, qvælo, qvi non noverit, qvanta reverentia ab ecclesia honorentur sacrorum antistites, qvantaqve auctoritate, præsertim apud simpliciores valeant. Unde non possunt non existimare, qvi ad hanc familiam pertinent, omne honestum esse, vitamqve suam apprime ornare, qvicqvid a doctoribus in luce & omnium qvasi oculis actum fuerit, (***) . Ex hilce autem ad calculum non oscitanter vocatis patere arbitror, ecclesiæ ministros speciali obligatione, præ aliis, alligari ad omnem ex vero virtutem, adeoqve patientiam in omni vitæ parte sua exercendam.

(*) Apprime hoc revelationi convenit, ubi tanqvam præmia recte factorum, qvævis acerbissima tormenta ministris ecclesiæ denunciantur; imo vaticinium Salvatoris jam dudum expletum est, quo prædicebat tempora futura, qvibus gratum Deo semet facturos multi

multi existimabunt, qui ministros ecclesiæ interimant. Possunt hæc quidem videri aliis, nostris temporibus non convenite, insigniaque sacerdotum esse magis: ostium, dignitatem, opes, copias, gratiam & favorem hominum; sunt qui sibi imaginantur Chilistarum mille annorum Christi regnum hodie obtainere, & in horto deliciarum agere sacri ordinis homines. Debentur, non nego, grates Deo, quod ea jam sit ecclesiæ hodiernæ felicitas, eaque Principum indulgentia, ut sub eorum tutela veritatem cœlestem sine timore, quorum inter se, dicere & prædicare possint. Sed ponamus, opus esse hodie dum antiqua illa ecclesiæ disciplina, et re esse, ut castigentur publice vel privatim improborum scelera, exutiantur seculi mores: In illo articulo, quisquis officio suo non frigide sed serio satisfecisse censeri velit, re ipsa experietur eandem semper manere boni sacerdotis conditionem, halcyoniaque, quamquam olim fuere, hodie non facile eorum quemquam sibi polliceri posse.

(*) Quæ etiam causa est, quod apud veteres Philosophos nemo ad docendum aptus judicabatur, nisi ea, quæ alios docere debuit, in semet ipso expertus, factis ostendere posset, quod verbis exprimere non valeret.

(***) Unde sic Augustinus: *Nemo in ecclesia nocet amplius, quam qui perverse agens, nomen vel ordinem habet sanctitatis Sacerdotis.* namque bunc redarguere nullus praesumit, & in exemplo culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Et Nazianzenus! *Qui bene docet & male vivit, quod una manu aedificat, altera destruit.*

§. XXIX.

Si igitur iis non instructus sit verbi minister, quae ad statum externum pertinent, b. e. si opibus, divitiis, atq; dignitate non splendeat, tum existimet hoc a se non esse alienum, potiusq; vitam in paupertate degat, quam multa cura res terrestres queat. Impedimentum opes sunt, qvod in se continet rationem, cur finis existentiam conseqvi non possit. Licet bona externa per se non constituant impedimentum qvoddam, cur officio suo rite defungi non possint ministri ecclesiæ, testatur tamen experientia, qvod per accidens, ratione scilicet infirmitatis humanæ, rerum terrestrium copiâ ad vanitatem ducti sint ecclesiæ ministri, remoramque adeo maximam injecerint iisdem divitiæ. (*) Præsertim autem fini muneric contradicit, si multa cura & avaritia qvis qværat res externas; qvod qvisque videbit, qui negotiorum ecclesiasticorum modum & varietatem, viriumque humanarum ad polypragmosynen, imbecillitatem & insufficientiam rite perpenderit. Cum autem obligatus sit minister ecclesiæ ad promovendum finem muneric (§. XXVIII.) quantum possibile est; patet eum obstrictum esse ad removendum impedimenta a scopo divertentia, adeoque ad patiendam potius paupertatem, quam opibus seculi colligendis admodum multum intentum esse.

(*) Qui monumenta ecclesiastica consulere, eaque diligenter pervestigare velit, illi sane non obscure patet, quam ances & lubrica sit per res humanas via,

via , qvamq; funestæ vicissitudines ecclesiæ inde ac-
 celeratæ sint , qvod intempestiva rerum externarum
 cura laborare cœperint sacerdotes . Cum res terre-
 nas alto contemnerent supercilio , stipendiisq; &
 contributionibus voluntariis , non debitis , alerentur
 fidelium ; dum nihil præter ecclesiam curarunt , &
 ornem suam operam in ministerium rite obeundum
 posuerunt : tamdiu in media qvoq; gentilium Prin-
 cipum tyrannide , acerbissimisq; persecutionibus , flo-
 rentissimus fuit ecclesiæ status . Sed cum divina gratia
 eo deducta fuit res Christianorum , ut furor ac rabies
 tyrannorum conqvisceret ; unâ cum principum indul-
 gentia , cōmode magis ecclesiæ consuleretur ; & demum
 opibus atq; dignitate augerentur verbi Divini mini-
 stri ; verbo : cum summi imperantes statam , eandem
 que satis liberalem decimatarum & ceterorum pro-
 ventuum ecclesiæ quantitatem parochianis solven-
 dam imponerent : tum verò cura ecclesiæ sensim
 intermitti , & in licentiam , qvæ postmodum invaluit ,
 res degenerare cœpit . In locum provehendæ pietæ-
 tis , studium vanitatis , luxus & fastus usq; adeo
 eorum animos occupabat , ut pristinum in morem mo-
 dumq; a promiscua multitudine piis internosci mori-
 bus , impendio pauci laborariat . Pompa , vitæq; pu-
 blicæ & privatae splendor in oculis erat ; derumq; ve
 co impudentiæ perventum fuit , ut non solum inter
 semet de primatu litigare , verum etiam cum ipsis
 principibus gentium de potestate summa contende-
 re , nil pensi habuerint Qvæ hinc ecclesiæ enata sit
 malorum seges , dici vix potest . Habuit in ecclesia e-
 undem effectum , ac alias in vita communi solet

xus & fatus ; ut scil. ruinam acceleraverint. Cum in eo verteretur cura eorum, ut haberent unde superbiam suam sustentarent, qvæ non adumbrata pietatis solertia primum, nō ox manifesta impietas prorūpit? Qvæ non dogmata lucrosæ pietati inservientia excogitabant, eadem qve absurdissima ecclesiæ identidem obtrudebant? sed qvorum mentione temporum & malorum supercedere malo, qvam eorum tractatione minus opportuna, castos seculi nostri mores exulcerare.

§. XXX.

Sic qvoque pulcherrimum est videre, verbi divini ministerium injuriis quibusvis affectum, affectuum suorum dominum, eundemq; in condonando facilem esse. Non multa hoc opus habet demonstratione. qvisq; enim ex fine ministerii videt e re esse qvam maximè, ut, qui aliis pietatem commendat, is idem vitæ innocentiâ ministerium suum ornet, animoq; reconciliabili suo inimicos in pudorem injiciat.

(*) Non tamen eo exigendam putamus patientiam injuriarum in ministris ecclesiæ, ut ipsis plane omnia denegemus jura, qvæ eis tanq; hominibus competitunt. Vidimus in anterioribus, legem conservacionis non repugnare patientiæ; qvæ ob generalitatem æque pertinet ad ecclesiæ ministros, ac alios homines. Requirit interdum finis muneris (quo non custos solum doctrinæ est, verum etiam morum & virtutum) cum non ordinariâ & leniori viâ, persuadendo scilicet, & motiva ex pietate & felicitate propria desunta, suggerendo, proficere valeat,

ut

ut competenti alio modo emendationem delinquentis
qværat , protrahatqve eum ad judicium civile , u-
bi durities & malitiæ pertinacia illius , valide &
cum effectu magis coēceri possit. Anteqvam vero
eo procedat , multoties ignoscat , emendationemqve
expectet , & qvam luculentissime ostendat animum à
vindictæ cupidine alienum. Potest ecclesiæ minister
identidem etiam parochianos , ob debitam mercedem
malitiose negatam , ad judicium vocare , si id non
turpis lucri caussa egerit , sed ut injustitiæ conuin-
catur idem , & judicis mediante correctione , emendetur;
Verum nisi anguste nimis habitet sua cum familia , sa-
tius erit qvoddam damnum pati , qvam actione fo-
rensi apud gregem suum locum dñe suspicio de-
qvadam in avaritiam pronitatem animi , qvâ qvidem ,
fini muneris sacri nil magis adversari , manifestum
est.

§. XXXI.

HÆc de officio ministri verbi Divini circa
privatas injurias. Si autem ecclesiæ contingant ma-
la , h. e. si in ecclesia exsurgent haeretici & hostes veri-
tatis cœlestis , tum qvidem non decet sacerdotem hos to-
lerare , vel metu molestiarum , ex eorum oppugnatione me-
tuendarum , tergum vertere. Infracta tolerantia potius o-
mnes hostium insultus excipiat , rectoque qvodam Zelo , cum
moderatione affectuum conjuncto , iis se se opponat , eos conuin-
catur , veritatemqve defendat , & qvam potest , accuratissime
Hæreticus est , qvi a fundamento doctrinæ
ab universa ecclesia receptæ , dogmate perverto
& manifesto pertinaciter dissentit. (*) Ponamus uni-

cuique esse integrum a doctrina communis discedere, certas opiniones & hæreses sibi fingere, easdemque disseminare; qvis non videt, inde religionem, ad quam omnes obligamur, in discrimen adduci, & demum ecclesiam ipsam collabi sensim atque evanescere? Ex ipsis igitur societatis natura sequitur, ecclesiam non obligatam esse ad tolerandum id genus hæreticos. Quamobrem cum id munus ab ecclesia delegatum sit ecclesiæ ministro, ut sit custos doctrinæ ecclesiasticæ, eademque sincerè imbuat illius membra; sequitur, quod nisi jure suo elenchitico rite utatur, mediisqve per hoc jus lictis, docendo, puta, disputando & convincendo doctrinam ecclesiasticam incorruptam custodire naturatur, morali æstimatione non melior hæretico ipse sit contendus.

Porro cum ecclesia societas sit æqualis, eum in finem inita, ut secundum veram doctrinam genuinamque Deum colendi rationem, glorificetur Numen; per (§. XX.) patet cur doctrinam ad pietatem, sine qua nec ipsa ecclesia consistere potest, in tuto & in salvo collocare debeat minister verbi Divini, & tempestive providere ne hæreticis succumbat.

Denique, ut acerbitate & cavillatione careat omnis cum hæreticis concertatio, invadet finis intentus, qui est & primarius, & secundarius. Ille, in eo consistit, ut veritas defendatur, quod potius modestia, quam affectuum strepitum obtineri, quisque videt. Hic, ut hæreticus convincatur, & iterum

terum ad saniorem mentem redigatur. Judicet quisque, num ad hunc finem magis faciat amica admonitio, an vero insolens & irata correptio? Id experientia testatur, existere & olim & hodie haereticos, qui exinde deteriores facti sunt, quod sapientia non leni, sed turbulentâ & arroganti, opinionum commenta illorum retundere adversarii aggressi fuerint (**).

(*) Conferatur haec nostra haeretici definitio cum definitione Hieronymi, quod haeresis quæcumq; illa fuerit, perversum dogma babear; & Augustini; *Haereticus est, qui alicujus temporalis commoai & maximae gloriae principatus que sui gratia, falsas & novas opiniones vel gignit vel sequitur.* (**) Difficile sane est & arduum cum haereticis negotium, in quo expediundo raro modestia & patientia regulæ observatae sunt. Ne injurii in cuiusdam conscientiam fiamus, interest maxime, ut adhibeatur distinctio inter diversa genera haereticorum. Aliis ex simplicitate nec non mentis teneritate & tristitia quadam suboriri possunt dubia & cogitationum distractiones quædam; alii ex malitia & animo seducendi, novitatemque introducendi, veritati contradicunt. Non cum his sine discrimine agendum est. Nunquam cogendus est aliquis ad assentiendum doctrinæ cuidam; Ea enim est animi indoles atque natura, ut nunquam vi, sed tantum rationibus & argumentis moveatur. Nec unquam ministerio concedi potest jus puniendi haereticum, ideo quod doctrinæ contradicat. Est enim ecclesia qua talis, societas æquivalium, quæ omne imperium huma-

humanum respuit. Neque in societatem ecclesiasticam coivisse censendus est quispiam, nisi quatenus de doctrinæ veritate convictus fuerit. Cum autem non repugnet, ut tempore sequenti, pro varietate & mutatione temperamentorum, pro exculta magis cognitione, possit quisque doctrinam quandam habere pro falsa, quam antea pro vera professus sit: patet omnino majus jus non competere ecclesiæ contra hæreticum, quam ut amplius ipsum pro membro societatis non habeat. Alia est ratio, si soveat dogmata omnem pietatem aperte destruentia, & contra manifestissima J. N. scita directa. tum quidem tanquam tranqvillitatis publicæ turbatorem, Princeps animadversioni, quæ conveniens fuerit, subjecere potest; ita tamen, ut etiam hac in re patientiae regulæ (§. XIII. seqq.) maxime observentur.

§. XXXII.

Similiter quoque, nec ullius privatae sortis respectum in taxandis eorum, quorum interest, vitiis habeat minister ecclesiæ, sed summa parrhesia publice vel privatim, prouti circumstantiae postulaverint, vitia auditorum perstringat. Eum in finem constitutum est ministerium ecclesiasticum, ut in pietate ecclesiam contineat. Cum autem nullus finis obtineri possit sine mediis, obligantur ecclesiæ ministri ad adhibendum huic fini media. Medium vero ordinarium non magis competens aliud potest assignari ministerio ecclesiæ, quo vitiolum in veram virtutis viam reducere queat, quam ut eum miseriæ suæ convincat, verbique ministerio suo peccato-rem

rem eo adigat, ut à pravitate desistat. Patet igitur ministerium ecclesiæ obligatum esse ad privatam ~~restitutionem~~ adhibendam. Si autem correptionis genus i-stud nihil in improbo valeat; qvin, deprehendat minister e re esse omnino, ut flagitia publice perstrigantur, ne male agendi nequitia aliis illecebra pec-candi evadat: qvin fortiore remedio isto, sed tempestive adhibito, ad finem suum conseqvendum incedere possit, nemo dubitat. Atqve cum illu-stretur omnino gloria Divina, qvando homines a vitiosis virtuosi fiunt, qvamvis tentetur patientia ejus, per afflictiones & incommoda eandem infringi tamen nunquam patietur (§. XX.).

(*) Est inter eruditos vexata qvæstio, utrum licitum sit sacerdoti *principum* vitia perstringere? De repræ-hensione privata existimaverim nullum esse posse dubium, cum æque pertineat Princeps ad ecclesiam ac alii homines, nec minus pro eorum, qvam aliorum animis rationem reddere teneatur. Alias mi-serrima foret etiam Principum conditio, in illa qvæ humanam naturam urget, pronitate naturali ad pec-candum, si ipsos labi contingeret. Profecto si non impossibilis, certe difficilior in illo fastigio foret o-mnis, sine adminiculo, resipiscendi conatus. Hoc ta-men observandum, qvod in Regum vitiis taxandis cum mansuetudine singularem prudentiam, ne effe-ctu optato frustretur, adhibere oporteat omnes, qui mali vim *patientia* levandam esse, non negligenter aliis inculcare solent.

De publica autem non sine ratione cum Patribus ecclesiæ nonnullis, controvertunt Politie. Inter omnes enim constat, quantum reipublicæ intersit, ut majestas in illa inviolabilis & sancta habeatur, Principisqve existimatio larta & tecta apud subditos maneat. Alias idem erit, ac si in civitate nullus Princeps esset. Qva ipse pollet autoritate, eandem habebunt leges & instituta ab ipso sancita quoque. Si contemtus ille disprestusque fuerit, quicquid cum imperio egerit, sordeget, omnique pondere destituetur. Igitur cum is sit verus & genuinus ecclesiæ character, ut societatem civilem, qva dogmata, qva cetera instituta, nunquam sublatum eat; patet inde statim omnem zelum lenitatem & patientiam non in illo casu, ritè temperatum, sed accomodatur, ad abstractum ab obseqvio populum, nullo sub prætextu licetum piuumque censi dñe. Argumentum, qvod pro potestate hac ecclesiastica stabilienda, petunt Theologi nonnulli ex publico scandalo tollendo, tanti non est, ut exinde quicquam virium adqvirant. Potest enim publicum scandalum alia ratione præveniri. Possunt vitia in publicis personis reprehendenda generalibus terminis perstringi, vel figurata quadam oratione de iis eavendis admoneri; qvem taxandi modum maxime efficacem, usitatum & convenientem esse multis exemplis probari potest. Verum qvod attinet exempla illa sacra, qvæ in contrarium proferri solent; judicet quisque, num ex particularibus semper regulas universales condere possimus? Qvamvis viri Θεόποντες de circumstantiis accuratissime a Deo edociti viderint, se hoc sine ullo periculo eorum, qvæ ad

adduxerimus, facere posse; hinc tamen non idem mox
licere nobis, cum non iisdem simus circumstantiis
vestiti, quisque videre potest. Hinc quam illicite egerit
Ambrosius, cum *THEODOSIUM*, privati hominis in modum,
excommunicationis infamia multaret, conferri
potest dissertatione super eodem argumento heic ha-
bita, in qua ad scopum nostrum spectantia plurima
legi merentur.

§. XXXIII.

Fatemur ingenue in illo, quod emetiendum
nobis sumfimus, antractuoso itinere ad memo-
riam insignia non pauca etiamnum restare visen-
da. Oporteret ad societas simplices reflectere o-
culos, easdemque per eundo adhuc agere de pa-
tientia parentum erga liberos, mariti erga uxo-
rem, Domini erga servum, & vice versa. Sed
cum vereamur, ne justos dissertationis limites jam
ante transgressi fuerimus, hoc Catone contentos es-
se, ipsa nosmet jubet necessitas. De cetero Temet
o! Summe *DEUS*, Patris imaginem, vitæ viam,
patientiæq; magnum & memorabile exemplum, ve-
neramur & obtestamur, largire patientiam murmuris
expertem, & Tua subnixam innocentia. Laborat
mens infirmitate nativa, inde sinenterque affectus
iis, quæ sensibus grata & mollia sunt, inhiantes
nobile vincendi genus *TUUM* assiduo detrectant.
Fervet in corde iracundiæ incendium, quoties
exignum a proximo infertur nocumentum. Hunc
carnis affectum, ne longius procedat, per *SPIRITUM*

Tuum suppressive, atque virtutis Tuæ robore infirmitatem nostram lassulci. Fac ut paternam Tuam castigationem æquo animo sufferamus, sanctissimæque imagini Tuæ, qua pro maledicis & injuriis, maledicta atque injurias vicissim non retulisti, conformari non recusemus, sed juste judicanti injurias illatas committamus. Sic tandem fiet, ut quieto animo per spinas & vepres seqvamur Te, Tuæque voluntati submittamus desideria nostra; donec eo per ventum fuerit, ubi sonorum cum consensu & varietate magna vocem modulabimur:

SOLI DEO GLORIA.

